


11068

Corrections Flora Prusicae margini adscriptae desumptae
Joh: Philippri Breyneij Prefatione ad Georgij Andrej Helianu
Quatinodogenitam, in qua de Scriptoribus Aerum Naturalium BB
et Poloniis agitur, & multi locores flore Prusice modeste co
4^o. Gedani. 1712.

X
Hb

1919. 99.



FLORA
PRUSSICA,
SIVE

PLANTÆ
IN REGNO PRUSSIÆ
SPONTE NASCENTES.

Quarum Catalogum & Nomina

JOHANNES LOESELIUS

Phil. & Med. Doct. & P.P. Ordinar.

Olim differuit,

Nunc additis nitidissimis Iconibus Rariorum,
partim ab aliis nondum delineatarum plerarumq;
Prussiæ propriarum & inquilinarum Plantarum,
Earundemque accuratâ descriptione,

NEC NON

Adiectis Synonymiis Veterum Botanico-
rum, interspersisq; Observationibus Historico-Philolo-
gico-Criticis & Medico-Practicis noviter efflorescentes,

Curante

JOHANNE GOTTSCHED,
Phil. & Med. D. hujusq; Extraord. Phys. Ord. P.P.
Regiæ Scientiarum Societatis Brandenburgicæ Membro.

REGIOMONTI, Anno MDCC III.
SUMPTIBUS TYPOGRAPHIÆ GEORGIANÆ.



Biblioteka Muzeum i Inst. Zoologii PAN

K. 12068



200000000022

Przedruk w druku zbędnych

Biuletyn

Rozprawy Muzeum i Instytutu Zoologicznego
<http://rcin.org.pl>

*AUGUSTISSIMO,
SERENISSIMO ac POTENTISSIMO*
**PRINCIPI
AC
DOMINO,
DOMINO
FRIDERICO,
REGI
IN PRUSSIA,
MARCHIONI BRANDENBURGICO
SAC. ROM. IMP.
ARCHI - CAMERARIO
ET
PRINCIPI ELECTORI,
SUPREMO ARAUSIONUM
PRINCIPI.**

MAGDEBURGI, CLIVIÆ,
JULIÆ, MONTIUM, STETINI, PO-
MERANORUM, CASSUBIORUM, VANDA-
LORUM, ITEM IN SILESIA CROSNÆ

D U C I.

PRINCIPI HALBERSTA-
DII, MINDÆ ET CAMINI.


COMITI IN HOHEN-
ZOLTERN , MARCÆ ET
RAVENSBERGÆ,

LINGÆ, MOERSIÆ, BÜRÆ ET
LEERDAMI,

MARCHIONI VERIA-
RUM ET FLISSINGÆ.

DOMINO IN RAVENSTEIN , NEC
NON TERRARUM LAUENBURG ET
BÜTAU, ARLAIÆ AC BREDÆ, &c. &c.&c.

REGI OPTIMO,
PIO, FELICI, AUGUSTO.
DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.



AUGUSTISSIME,
SERENISSIME ac POTENTISSIME
R E X ,
Domine Clementissime ,
Nutritie Munificentissime.



Acratissimo Regiæ Ma-
jestatis Tuæ Throno
humillimè advolutam,
quam cernis, *REX Se-*
renissime , FLORA
PRUSSICA est. Nu-
dis quondam verborum linteis involuta,
nunc verò & splendidiori apparatu &
)

am-

ampliori syrmate felicius resulgescens.
A Gratiâ Serenitatis Tuæ splendorem
omnem mutuata, quam tot decoribus,
quot nitidissimis iconibus, gravi ære re-
demptis, donare & exornare voluisti:
Coronatus hōc ipsō quasi Divam hanc
Patriam tūm temporis, cùm à Deo Im-
mortali concessam, Regiam Tibi adapta-
res Coronam. Idem jam olim Serenissi-
mus Parens, Magnus ille FRIDERICUS
WILHELMUS, gloriosissimæ memo-
riæ, meditatus, nisi camporuñ eō tempore
devastator & Floræ hostis infensissimus
Mars, Floram hanc tūm Adolescentem,
alumnum verò ejus, cuius curæ Flora
erat concredita, mors præcox contumu-
lāssent. Volentibus sic Fatis, ut Plantæ
Prussicæ non nisi tūm demum in apricum
prodirent, cùm circumſævientibus undi-
que & ubiq; Bellorum procellis in solâ
ferè

ferè Prussiâ exoptatissimæ pacis spirarent
Etesiæ. Auspice Rege, cuius pietas esset
campus, immarcescibiles quarumcunque
Regiarum Virtutum flores alens; quas
inter summa in Musas Clementia eminet,
non stipendorum saltem augmentatione,
sed & Academiarum & Societatum Sci-
entiarum novâ fundatione nuperrimé
demonstrata. Hâc spe animatus, foetum
hunc Botanicum, non totum quidem
meum, impigro tamen labore partum,
Sacratisimis Regiæ Tuæ Majestatis pe-
dibus substerno; felicius pullulaturum,
si gratosissimis Clementiæ Tuæ radiis
eum fovere fueris dignatus. Mihi verò
hæc Gratia pro semente erit, ex quâ
DEO benedicente, plurimus quondam
fructus germinet. DEUS Ter Optimus
Maximus TUAM REGIAM
MA-

MAJESTATEM, Totamque DO-
MUM REGIAM *semper vivo flore*
coronet, faciatque, ut Thronum Tuum
Regium meræ semper stipent CONSO-
LIDÆ REGALES & CORONÆ
IMPERIALES!

Ita novet

S. R. M. T.

Regiomonti

Dic 1. Octobr. M DCC III.

AM

JOHANNES GOTTSCHED.

••• 10 (•••

Ad Lectorem.



Edium ferè Seculum , dempto anno,
elapsum, ex quo Johannes Lœfelius,
Johannis Filius, Juvenis adhuc, ob Pa-
rentis adversam tunc valetudinem, ex
manuscripto ejusdem , PLANTAS IN
BORUSSIA SPONTE NASCENTES divul-
gavit; certò pollicitus, fore, ut, quamprimum Parens
sanitati restitutus fuisset; Descriptiones Rariorum Plan-
tarum unà cum Iconibus publici juris fierent. Sed, cum
Anno sequente, Parens ipse, *Anatomiae & Botanices P. P.*
Ordinar. Celeberrimus, Deo animam redderet, factum,
ut opus hoc diu desideratum, mancum, mutilum & im-
perfectum ingemisceret. Solo igitur Plantarum Ca-
talogo, Anno 1654. divulgato, contenta vixit Juventus
Medica, nec, distractis magis magisq; & disiectis injuria
temporis manuscriptis, cum Filius relicto medico Ju-
risprudentiæ studium amplecteretur, quicquam perfe-
cti sperare unquam potuit. Cumq; exemplaria annua-
tim rariora, tandem omnia ferè essent divendita , vix
meo iam tempore, unum atq; alterum, quibus utere-
mur Botanices Studiosi, existit. Defectum tamen hunc
facile fidelis, assidua & freqventata manuductio *Prænobis-*
lissimi, Excellentiss. atq; Exper. Dni. Doct. Joh. Heinr. Starckii,
S.R.M. in Prussia Consiliarii Aulici & Archiatri, Anatomiæ & Bo-
tanices tum temporis, nunc Theoretices P.P. Ord. celeberrimi, Præ-
ceptoris & Patroni summoperè honorandi, refarcivit.
Singulis quippe annis freqventissimè nobiscum in cam-
pos excurrere solitus, singulari quâ utebatur enchei-

)o(

resi

AD LECTOREM.

res, fidelitate & humanitate effecit, ut tanquam aliud agendo, summo animi cum prolabio, cognitionem Plantarum Patriarum nobis compararemus. Regiomonto dehinc Bartensteinium, ad Praxin ibi Medicam exercendam delatus, tantum abfuit, ut studium Botanices neglexerim, quin potius majori ardore horis subservivis, per aliquot aestates in id juxta incubuerim, comitem mihi adsciscens Pharmacopœum, hospitem meum, rei herbariæ perquam gnarum. Evolvendo quoque Antiquiorum Botanicorum Pandectas, Synonymicas appellationes herbarum excerptendo, rem totam familiariorum mihi reddidi. Cumque deinde, DEO sic dirigente, Regiomontum repeterem, indeptis in Academiâ Patriâ, ante Novennium, summis in Medicinâ honoribus, adeptâ quoque à Serenissimo Rege Professione Extraordinariâ, calcar mihi valdissimum fuit additum, de Arte Medicâ quocunq; modo benè merendi. Cui demum Soceri mei, Domini Hermanni Dieterici Hessen; S. R. M. in Prussia Secretarii intimi, & Xenodochii Regii Praefecti benè meriti, Agentis quondam Brandenburgici apud Invictissimum Magnæ Russie CZARRIUM fidelissimi, (qui secunda repetens vota in thalamum duxerat laudatissimi Domini Doct. Lœselii Filiam,) ante septennium & quod excurrit, accessit cohortatio, qui manuscripta Botanica Doct. Lœselii, sed heu! quadraginta jam annorum injuriam passa, manca, adeoque fragmenta saltem, unâ cum Iconibus æri incisis mecum communicans, maxime institit, ut manum tandem operi admoverem, nec opportunam adeò Publico inserviendi occasionem prætermitterem. Cujus precibus eò lubentius obtemperavi,

AD LECTOREM:

ravi, quò majori ipse, ne opus toties expetitum plane
interiret, flagrabit desiderio. Tempus itaq; reliquum,
quantum à frequentatâ praxi & privatis Collegiis re-
stebat, huic negotio impendi, Catalogumq; plantarum
olim editum, cum fragmentis manuscriptis, meisque
excerptis conferendo, hâc tandem formâ, qua in pu-
blicum prodire posset, FLORAM PRUSSICAM in-
dui. Prodiissetq; jam ante Triennium, & amplius, nisi
Icones ænei ab Hæredibus redimendi obicem posuif-
sent, quem tamen Gratia Serenissimi Regis facile su-
stulit. Ipsis siquidem *Coronationis Regiae suæ Majestatis*
Feriis, ante biennium cum dimidio, ad supplicem mei
instantiam, & humillimam Excellentissimorum Domi-
norum Archiatrorum commendationem, Munificen-
tissimus Rex Icones æneos ab hæredibus pretio non
levi coëmit, mihiq;, ut iisdem uterer, singulari Rescri-
ptô Regiô, clementissimè concessit & demandavit.
Nec subsistebat hîc inexhausta Regis Serenissimi Cle-
mentia, sed, ut summum mihi *Rerum Prussiae Naturalium*
amorem & stimulum adderet, Professione Physices Or-
dinariâ Philosophicâ gratiosissimè me mactabat. Quam
singularem & immeritam Clementissimi Regis Grati-
am submississimâ cum veneratione exosculatus, nolui
amplius & Regi & Publico deesse, sed FLORAM hanc
PRUSSICAM, tanquam *Primam partem Historie Natu-*
ralis Prussiae, Erudito Orbi in præsens communicare &
præmittere; certò ratus, fore, ut, DEO vitam & vires,
Rege autoritatem & Gratiam sufficientibus, *Pars se-
cunda de Prussiae Animalibus*, & *Tertia de ejusdem Mineralibus*,
(subnexâ aut præfixâ Parte Meteorologicâ, cuius gratia

)o(2

obser-

AD LECTOREM.

observationes quotidianas condo) Totaqe adeo *Historia Prussiae Naturalis*, Opus utut à Professione meâ tum Medicâ, cum Physicâ imprimis non alienum, multisqe Eruditis expetitum, maximè tamen arduum, aliquando subsequatur. Hisce Benevolum Lectorem morari necessarium duxi, tum, ut Serenissimi Regis Gratiam & Municientiam, quem non Orbis angulum pervagantem? deprædicando, omnibus & singulis commendatissimam redderem, cùm ut veniam impetrarem apud Eruditos, si opus hoc minus exasciatum & perfectum judicarent. Idem huic FLORÆ factum obtigisse arbitrati, quod orphanis, quos raro tàm feliciter Tutores educant quàm Parentes. Synonymias Veterum Botanicorum propterea adjunxi, ut omnibus constaret, quam plantæ speciem sub titulo nostro palmario intelligamus? Eandem enim plantam diversi Autores & populi diversimode nominant. Indices, tàm Germanicus quàm Latinus, ob eandem rationem fusiores facti, ut sub quâlibet synonymicâ appellatione quâlibet Planta facile reperiri posset. Qvo ipsô illos quoqe, qui lingvæ Latinæ gnari non sunt, adjutos puto, ne desiderio suo excidant. Eruptiones quasdam Philologicas, Criticas & Historicas, nec non seriis jocoseria quædam interspersi, ne nimia rei Botanicæ (horto vivo si destituatur) ariditas, curiosos Lectores deterreret, Icones omnes ad exemplar vivum, quantum fieri potuit, accuratissimè delineati & incisi sunt. Cæterum etiam atqe etiam Lectorem Benevolum rogo, velit qualemcumqe hunc nostrum laborem æqui boniqe consulere, meqe non nisi de Publico sollicitum, sincero semper favore fovere & complecti.

INDEX

INDEX AUTORUM in hoc libro citatorum.

Ægin. Paulus Ægineta.
 Aet. Aëtii Amideni Tetrabiblos.
 A. Gell. Aulus Gellius.
 Alex. Alexis Fabulæ.
 Alexand. Alexandrides.
 Anthol. Anthologia Magna.
 Anthologia Græcorum Epigrammatum.
 Anserius de Busbeck.
 Apollod. Apollodorus de Deorum Originibus.
 Apul. Apulejus.
 Arnob. Arnobius.
 Athen. Athenæus.
 August. Augustinus de Civitate Dei.
 Baal Hatturim. *Vid.* Hatturim.
 Bauh. Caspar. Bauhin. Prodromus Theatri Botanici.
 Pinax.
 In Matthiolum.
 Bock. Hieronymus Bock. *vid.* Tragus.
 Brunf. Otto Brunsfelsius. Herbarium c. Vivis Iconibus. Latinè
 Bubikir Volumen Elhavi. (& Germanicè.
 Busbeck. Anserius de Busbeck.
 Cæsalp. Cæfalpinus Andreas, De Plantis. Lib. XVI.
 Camerar. Joachimus Camerarius, Joh. Filius, in Matthiolum.
 Hortus medicus.
 Hercyniæ stirpes,
 sive Silva Hercynia.
 Carrichter. Bartholomæus. Kräuter- und Arznei-Buch.
 Carystius. Antigoni Carystii Histor. mirabilis.
 icero.
 Clus. Clusius, Pannon.
 Historia Rariorum Plantarum.
 Editio Hispanica.

INDEX AUTORUM.


- Column.** Fabius Columna in Phytobasano.
min. Cogn. stirp. & rar. Minus cognitarum stirpium &
rariorum. Part. II.
- Cord.** Hist. Valerius Cordus. Historia Stirpium lib. IV.
Hispan. Lingvâ Hispanicâ editus.
in Diosc. In Dioscoridem Commentarius.
- Dalecampius.** Jacobus. in Plinium Commentar.
- Dodon.** Dodonæus Idiomate Latino, Germanico, Pannonico, Ba-
Drexelius. Lib. de Æternitate. (tavo.
- Eusebius de Præparatione Evangelicâ.
- Eystett.** Eystettensis Hortus.
- Fer. M. M. Augerius Ferrerius Method. medendi.
- Fern. Johan. Fernelii Opera Medicinalia.
- Fuchs. Leonhardus Fuchsius. Comment. (de Historiâ stirpium)
- Galen. Galeni Opera varia. (in Matthiolum.
- Gellius,
- Gesn. Hort. Conradus Gesnerus de Hortis Germaniæ.
in monte fracto. Descriptio montis fracti s. montis Pilati
propè Lucernam in Helvetiâ.
- Catalogus Plantarum Latin. Græc. Germ. & Gallicè de-
Gyraldus. (scriptus.
- Hatturim (Baal) Marginal. in Biblia Venet.
- Henricus ab Heer. Observationes Medicæ.
- Hesychius de Illustr. Philosophis.
- Horstii Gregorii Senioris Observationes Medicinales.
- Juvenalis.
- Kyber. David Kyberus in Tragum. Cujus Commentariorum
Lactantius. (lib. 3. Latinè vertit 1552. 4to. Argentorati
Laërtius.
- Landinus. Christophorus, in Georgic. Virgil.
- Lobel. Lœbel. Matthias de Lobel. seu Lobelius. Icones.
- J. L. Joh. Lœf. Johannes Lœselius. } Adversaria.
- Lonicer. Joh. Lonicerus in Diosc. Schola nova. } Observations.
- Lucanus.
- Lucretius.
- Lugdunensis Hortus.

Mar-

INDEX AUTORUM.

- Martialis.
Matthiol. Petrus Andreas Matthiolus Latinè Germanicè.
Nicetas.
Ovidius.
Pausanias.
Pedianus.
Pena. Petrus Pena Nova stirpium Adversaria.
Petræus. Henricus. Lib. Nos. Diff. Nosologia Dissertationibus 50
Phanius de Plantis. (disceptata)
Plinius. C. Plinii Secundi Historia mundi Lib. XXXVII.
Plutarchus. Qvæstiones. Græcæ. Romanæ. Vitæ Reg. & Prin-
Porta Joh. Baptista. (cipum.)
Propertius.
Prudentius.
Ruellius. Joh. de Naturâ Stirpium.
Scaliger. Exercitationes.
Schwenck. Lib. Stirp. Casparus Schwenckfeldius Stirpium &
Fossilium Silesiæ Catalogus.
Sebizijs Melchior in Tragum Latinè & Germanicè.
Servius Commentar. in Virgil.
Statius Papinius.
Sweert. Sweertius. Florilegium.
Tabern. Jacob. Theodor. Tabernæmontani Kräuter-Buch.
Tertullianus.
Thal. Sylv. Johannis Thalii Sylva Hercynia.
Theophrastus. Historia Plantarum.
Trag. Hieronymus Tragus (Germanicè Boc) de Stirpibus
Villanova Comment. in Galenum. (Commentar. lib. 3.)
Virgilius.
Vitruvius.
Vopiscus.

NB. Herbae Asterismo * notatæ, illæ sunt; quarum Icones exstant. Ico-
nes ipsi numeris, ad quam paginam pertineant, insigniti sunt, ut eo melius
loco debito inseri possint.



* * * * *
GEORGII WOSEGINII,

Phil. ac Medicinæ Doct. P. P. Primarii,

Academiae Senioris,

Ac p. t.

Pro-Rectoris Magnifici,

SENIS OCTOGENARII.

Ad

V I R U M

JOHANNEM Gottschedi

Phil. ac Med. Doct. Hujusque Extraord.

Physices Ordinar. P. P.

Regiæ Societatis Scientiarum Brandenburgicæ

M E M B R U M,

Floram Prussicam

publici juris facientem,

EPIGRAMMA.



RUSSIA dat Patriam *Floræ*, sed nomine
vulgi,

Quod tamen expoliit Gratia LOESELII.
GOTTSCHEDIUS lucem affundens congeffit amœ-
Utile doctrinæ consiliique decus. (num

Multa dedere alii *Floræ*, stat Gloria in uno;

Qui *Floræ* vultum contulit, Omne dedit.

••• () •••

PLAN-



PLANTÆ IN PRUSSIA SPONTE NASCENTES.

L.

Bies, Bauh. in Matth. f. 102. Lob. ic. 231. o. Tab. lib. 3.
fol. 640. Picea Dod. Lat. 863. Grähnen Holz Thuringis.
Abies Plinii, & fœmina Theophrasti, Clus.
Pann. p. 21. Clus. Hist. lib. 1. fol. 34. Abies alba sive
fœmina C. B. πτυ. 505. weißer Thannen Baum ἐλάτη Græc.
Thanne Germ. Im Löbenichtschen Wald/ & passim in ali-
is sylvis.

Caudicis abiegni ima & enodis pars *Sapinus*, superior no-
dosa *Fusterna* est Plinio lib. 16. c. 39. Viscum abietis Plinius
ex Theophrasto *Stelin* nominat, baccis illud est albis, notante
Clusio. Cortices inter *lacryma* continetur, quam pro The-
rebinthina Veneta Institores sæpe distrahunt. Vim habet
molliendi, dissipandi, abstergendi, vulnera solidandi, calculum
expellendi. Oleum ejus stillatitum in ulceribus & vulneratio-
nibus internis magnæ utilitatis.

Libra una vel altera resinæ abiegnæ cerevisiæ inter coven-
dum admista, eam ab acore præservat; sed cum infatuandi vir-
tute. Cacumina abietis decocta & pota, scorbuticum expu-
gnare malum certò creduntur.

Piceam, veluti feralem arborem & Diti sacram, in lugubri
domo Patriciorum, amissis fratribus, liberis & propinqvis, ap-
ponere olim mos erat. Apud nos, quæ ad funus olim perti-
nuit

A

nuit

PLANTÆ IN PRUSSIA

nuit arbor, festivitatem nuptialem jam indicit, ante fores locata. Hanc vulgus, ubi scythissat, cantilenā sæpius honorat:
D Dannenbaum/ D Dannenbaum/ du bist ein edler Zweig

Strobili abiegni, copiosius pullulantes, opimas tritici messes ac largas vindemias promittunt. Ex abiete factus est eqvus Ilio fatalis, quem Lucretius lib. 1. *durateum* vocat, sive ligneum. Δέρος enim veteribus Græcis lignum erat, unde δέρας & δέρατος ligneus. Propertius verò *abiegnum* dixit lib. 4. eleg. 1. *Læserat abiegni venter apertus eqvi.* Vaccam quoque Pasiphaës abiegnam dixit idem Propertius lib. 3. eleg. 18. Dædalus è piceâ simulachrum Herculis fecit. Vide Apollodorum lib. 2. de Deor. orig. Statius 4. Thebaid. v. 425.

*Nec caret umbra Deo. Nemori Latonia cultrix
Additur: hanc Piceæ, cedrique & robore in omni
Effictam sanctis occultat sylva tenebris.*

II. Abrotanum campestre, C. B. π^{iv} 136. Tab. lib. 1. fol. 62. Abrotanum sylvestre, vel 4. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch. 271. Artemisia leptophyllum, Ges. hort. fol. 248. Ambrosia Matth. deutsch, 359. Ambrosia altera, Bauh. in Matth. 619. **Wesemkraut/ Wildstabwurz mit schmallen Blättern.** Caules alit modò rubentes, modò albicantes, racemoso semine, botryos instar, refertos: Adstringit, reprimit, ac repellit: gar-garisatione fauciū ac tonsillarum inflammations, infessu mulierum profluvia corrigit secundūm Matth. **In der Sartau & alibi &c.**

III. Absinthium, Brunf. tom. 3. fol. 142. Sebitz in Trag. deutsch fol. 265. Matth. deutsch 276. Bauh. in Matth. 508. Absinthium latifolium. Dod. Lat. fol. 23. Absinthium vulgare Fuch. fol. 1. Lob. Ic. p. 752. Tab. lib. 1. fol. 1. Absinthium Ponticum. Ruell. lib. 3. fol. 493. Absinthium Ponticum seu Romanum officinarum, seu Dioscoridis. C. B. π^{iv} 138. **Wer-muth/**

muth/ Gemeiner Vermuth. Pol. Piolin Polny. Passim. Aperit, detergit, jecur & ventriculum adstrictione roborat, appetitum excitat, humoresq; biliatos ac pituitos vacuat, tum per alvum, tum per urinas; vermes evocat; ac lienosos, fæculentum sanguinem $\ddot{\alpha}\nu\omega \pi\gamma \pi\alpha\tau\omega$ magnô impetu sèpè egerentes, egregiè juvat, Dod. Radix dulcis est ac insipida ferè, quod mirum, cum succum tanti amaroris è terrâ sorbeat.

IV. Acer major Cordi, Lob. ic. p. 199. o. Borussis Leint-Baum/ Nasholder/ Ahorn. Ligni Materies tenera ac fissilis. Folia petiolo longo insistentia ampla sunt, profundiùs incisa, seu crenata. Flores fert in umbellis mense Majo, quibus succedunt siliquæ binæ circa connexum duræ & à fructu extumidæ. Effigie scarabæorum alas exprimentes. Cortex verno tempore sauciatus, liqvorem fundit limpidum, quò non nulli aquæ betulinæ locô utuntur. Radix tufa & foris affirmata, dolores compescere repertum, Auctore Ruelliô lib. i. c. 47. Auf den Huben bey Königsberg.

Acer operum elegantia ac subtilitate cedro secundum, teste Pliniô lib. XVI. Natur. Hist. c. 15. Vertumnus acernus de se apud Propertium lib. IV. Eleg. 2.

*Stipes acernus eram, properanti falce dolatus,
Ante Numam grata pauper in urbe Deus.*

Ovidius lib. I. de arte, vaccam *acernam* dixit, quæ Propertio abiegnæ bos dicebatur. Ovidius deniq; in Ibin, equi acerni meminit,

Utg, loquax in equò est elisus guttura acernò.

V. Acetosa pratensis, C. B. π^{iv} 114. Oxalis, Trag. Seb. in Trag. Deutsch 249. Matth. Deutsch 151. b. Fuch. 464. Dod. Lat. 648. Bauh. in Matth. 353. Oxalis, Acetosa 1. Tab. lib. 2. fol. 149. Oxalis sive laparsum oxalida, Lob. ic. 290. Gemein Saurampff. Szczaw Polonis.

Jecur & lienem aperit, renum infractus expedit & crassa incidit. Hinc ictero medetur, lienem aperit, arenulas expurgat, & menses moderate citat. Semen malignitati obfistit, lumbricos necat, dysenterias, alvi profluvia & sanguinis sputa adstrictione leni coercet, ac robur æstuanti ventriculo, hepatici ac cordi confert. *Bey Holland* & passim in pratis copiose.

Radix acetosæ, prout in Officinis divenditur decocta, cerevisiam & colore & supernatante pulcherrimâ spumâ exactissimè æmulatur & incautos fallit. Præterea addito parum Cinnamomi potum egregium extemporaneum, biliolis praesertim, porrigit, quô ægri nonnulli per annum integrum & quod excurrit, usitantes, ab oppilatione hepatis liberati fuerunt. Æstatis tempore, peregrinantes, decocto ejus, loco eerevisiæ utplurimum acescentis, ruri uti poterunt.

VI. *Acetosa arvensis lanceolata*, C. B. π^{iv} 114. *Acetosella*, Lon. deutsch. 119. *Oxalis minima*, Frag. Sebiz. in *Trag.* 249. Dod. Lat. 650. *Oxalis minor*, Bauhin. Matth. 354. *Oxalis tenuifolia sinuata vervecina*, Adv. Lob. 120. *Oxalis ovina* Tab. lib. 2. fol. 150. *Klein Saurampff*/Schaaff *Saurampff*/Szczawik Polonis. Pingvius & aridius solum plantæ magnitudinem variat. Eadem, quæ prior agit, nec infirmioribus pollet viribus. Rufuli ejus flores elegantissimam dant tinturam, rosis vix cedentem, quam foriolis in febribus malignis salutarem censeo. *Am Tragheimischen Walle* copiose.

VII. *Aconitum racemosum*. C. B. π^{iv} 183. *Christophoriana*. Dod. Lat. 402. Lob. Ic. 682. Tab. lib. 2. fol. 454. *St. Christoffels Kraut* Omieg Polon. Baccæ ejus Augusto aut serius, maturantur. Exitialis ac novercalis est planta. *Bey der Neuhäusischen Mühl am Berge*. Item *beym Penartschen Walde*.

VIII.

VIII. Aconitum cœruleum L Napellus I, C. B. π^v.
 183. Napellus, Bauh. Matth. 768. Dod. Lat. fol. 442. Napellus verus Cœruleus. Adv. Lob. 301. Napellus maj. Latifol. & angusti foli⁹, Tab. lib. 2. fol. 286. Eysenhart/ Marrenkap/ Münchskap. Foliis est modò latioribus, modò angustioribus: flore sæpiùs cœruleo, aliquando purpureo vel albō. Tota internecina animalibus, excepto muscarum genere, cantharidibus haud absimili, quod turmatim napello insidere scribitur; Flores ejus rostellō delibans. Bey Rogitten. Item Bey der Hoppenbruchschen Mühl in Districtu Balensi. It. Bey der Creuzburgschen Papier Mühl am Flüß. Provenierat etiam olim bey Margen/ am Berge beym Haff/ sed post à rusticis effossus, in hortum translatus ac coronamenti additus, vocatus est Königsblum. Napelli radicem unam vel alteram eqvisones antidoto præsentissimo porrigitur eqvis in detestabili affectu, quem nominant die Wurstsucht/ den fliessenden Wurm. Malum hoc tubera quædam farcimina facie imitantia, ac depilia sæpè, excludit, quæ temporis tractu in sinuosa & maligna abeunt ulceræ. Exstantias has fertiles in quibusdam locis vanescere, in aliis iterum extumescere haud raro conspicies, antequam congressu sordidam sui exulcerationem ostendunt. Sunt, qui opinantur, vivos vermiculos carnem inter & tergus eqvitare, tubera excitare, eademq; exedere, qui acu exempti, & ad lychnum possiti, deorsum sursum cursitent. Hos Aquâ Forti immissa neant, ac vino adusto sinuosas mox eluunt ulcerationes.

Aconitum olim pœna. Aristoteles ob Pœana fusum ad Hermiam Evnuchum sacerum suum, judicum sententiis damnatus, aconiti poculo interiit. Hesych. Illustr. de Philosophis.

IX. Acorus verus, sive calamus aromaticus officinarum

A 3

C. B.

C. B. π^{iv}. 34. Acorus Diosc. & Acoros Theophrasti, officinis falsò calamus, Lob. ic. 57. Acorum, & Acorum cum suo julo, Tab. lib. 3. fol. 329. Acorum legitimum Clus. Hispan. p. 121. *Ackerwurz oder Calmus.*

Calefacit & siccatur ordine tertio, Gal. 6. simpl. Radix alexipharmacum est, attenuat, incidit, abstergit, aperit, urinas mouet. In alveis apum suspensa facit, ne examinent, Apulejus. Zu Schwartis bey der Mühl copiosè, cum nucamentis, quæ Matthiol. se non vidisse confitetur. It. zu Brandenburg am Haff, ubi absq; julis provenit. Anserius de Busbeck Clusio retulit, quod nec semen, nec florem proferat, ubi sponte nascitur, sed duntaxat quædam nucamenta. Clus. Hisp. Inquirendum hoc exactius.

X. Acorus adulterinus C. B. π^{iv} 34. Acorum officinarum, Fuch. fol. 12. Pseudoacorus, Bauhin. Matth. 21. Acorum adulterinum. Trag. Seb. in Trag. deutsch 555. Acorus palustris, & Butomon Theophr. Lob. ic. 58. Iris palustris lutea, Tab. lib. 2. fol. 330. Pseudoiris Dod. Lat. 248. Butomon, Clus. hist. fol. 232. Fœmellis *Ackerwurz*. Alias Geel Wasser-Lilgen / Drachen-wurz. Polonis Kosaciec dziki zolty. In fossis, in der Hollen-Grund.

Radix siccatur, adstringit, unde magnas obtinet vires in sistendo sanguine, undeeunq; erumpente, Dod. Sunt, qui radice, Majo mense eradicata, collo (ut scrobicum cordis attingat) appensa post in rivum conjecta foriolos, & ad lasanum cerebrius conquiniscentes, restituere satagunt. An robur concipiendi mulieribus adimat, ut opinatus est ille apud Clusium Medicus, affirmare non possum.

XI. Adianthum aureum minus, Tab. lib. 2. fol. 476. Polytrichon Apuleji, vel 2. Lonic. deutsch 249. Muscus capillaris, Dod. Lat. 475. Polytrichum aureum medium C. B.

π^{iv} . 356. Wiedertodt/ Guldewiedertodt/ Jungfrauenhaar.
Mátky Bozey wloshi złotek Pol. Siccat ac discutit aliquantulum, adeoq; $\sigma\mu\mu\eta\tau\sigma\nu$ est & temperatum. In locis muscosis, carieq; exesis lignis saepius visitur.

XII. Alcea Matth. Bauhin. in Matth. fol. 663. Fuch. fol. 80. Tab. lib. 2. fol. 446. Alcea & herba Simeonis Brunf. tom. I. fol. 197. Alcea malvæ roseæ sylv. genus, Trag. Kyb. in Trag. Lat. 365. Alcea vulgaris Dod. Lat. fol. 656. Lob. Observ. 374. adv. 295. Alcea vulgaris major C. B. π^{iv} 316. Syng. marswurz/ Simarswurz. Lentum ac viscidum quod obtinet planta, potissimum radix, quaæ glutinosa, dulcis & modicè constringens est degustata. Dysentericis ac ruptis medetur radix, ex vino vel aqua pota. Sunt, qui radicibus alceæ, altheæ loco utuntur in tumoribus emolliendis ac solvendis. Collo suspensa radix aciem oculorum tueri creditur vulgo. In der Hollen-Grund.

XIII. Alchimilla, Trag. Seb. in Trag. deutsch 408. Dod. Lat. 140. Tab. lib. 1. fol. 308. Pes leonis, Brunf. tom. 3. fol. 79. Fuchs. 612. Lonic. deutsch 245. Stellaria Matth. deutsch 513. Bauhin. Matth. 819. Δροσερὰ Δρόσιον sive Φιαδὸν, Cord. hisp. fol. 147. Sinnaw/ Sonnenaw. Lewensfuß. Unser Frau- en Mantel. Przywrot Pol. Bey der Altstädtischen Ziegel- Schwein & alibi passim. Flores communiter pallidi ac herbacei, rariis albi. Foliis ros saepè, in guttulas coactus, perlarmodo insidet. Abstergit, mundat, adstringit & solidat, unde vulneraria audit.

XIV. Alga marina Lob. Ic. 248. o. Fucus marinus alter, Dod. Lat. 479. Alga angustifolia vitreriorum C. B. π^{iv} 364. Meergras. An der See hin und wieder. Folia, nunc latiora, nunc angustiora, initio saturate viridia, post exsiccata prorsus candida. Algâ marinâ in fasciculum collectâ & pi-

& pileis aptatâ, levis armaturæ milites cristarum locô, quas sub vertice gerunt, quondam utebantur. Superbiusculi algâ succo baccarum rubi Idæi infectâ, incedebant. In Insulâ Jarsay, vel Gerzey, Vnglorum Imperio subjecta, cum exiguum ignis alimentum ferat, pro lignis algâ marinâ (Uraje vocant) utuntur incolæ.

XV. Alliaria Seb. in Trag. deutsch fol. 67. Fuch. 104. Lob. ic. p. 530. Bauhin. in Matth. 613. Alliastrum, Gesn. hort. 245. b. Knobloch-Kraut / Lauchel / Salz-Kraut. wsnaczech Polon. Im Dominauschen Walde. Aperit, incidit, tenuat, digerit, putredini resistit, abstergit, mundatq.; Primò vere decerpta folia intinctibus ac salsamentis adduntur. Semine viscidos in pectore incidit humores, ac herbæ succo febribus ulceribusq; succurrit malignis. Cit sternutamentum succô vel semine naribus immissô, uteriq; strangulatum tollit, cervici inditum semen linteo conclusum. Succus mense Majô expressus, seu liqidus, seu inspissatus, ut & sal magmatis, in gangrænâ, & ulceribus sordidis ac malignis perutilis.

XVI, Allium ursinum, Bauh. in Matth. fol. 422. Fuchs. 739. Com. in Matth. 173. A. Clus. hist. lib. 1. fol. 190. Allium ursinum latifolium, Lob. ic. p. 159. Allium sylv. Brunf. tom. 3. fol. 137. Seb. in Trag. deutsch 594. Allium sylv. latifolium C. B. π' 74. Molus, sive Allium ursinum, Florib. Swert. part. 1. fol. 61. Wald-Knoblauch / Hunds-Knoblauch / Acker-Knoblauch. Czosnech Babczy Pol. Hinter Lattenwalde.

Allium ursinum totum theriacæ locô ingerunt rustici Lithvani, cum modico salis & paucillo panis, parvi ritum facientes Veterum. Olim allium qui gustâsse, à delubro & sacris arcebatur. Hinc Stilpon Philosophus somnians, Deam adstantem

stantem allii esum sibi exprobrare, respondit hæc in somniis: *Præbe mihi quod edam, & allio non vescar.* Factum hoc fuerat ob gravissimum allii odorem, unde σκορδίζει, molestiâ & dolore est afficere. Aristophanes in eqvitibus sub personâ Populi Atheniensis, Φάσκων Φιλέν μ' ἐυσκορόδιστας h. e. dum ais te diligere me, alliasti me, Affine est hujic Xenophontis κρομμιῶν οὐδεν, cepe olore, quod in sordidos & illatos quadrat. Allium quantum calculus prosit, in vulgus notum est; facile enim reliquis omnibus antinephritis palmam præripit.

XVII. Allium montanum bicine angustifolium flore purpurascente, C. B. π^{iv} p. 74. Ampelopraspon proliferum, Lob. Ic. 156. Allium sive Moly montanum 2. Clus. Hist. lib. 2. fol. 193. Moly montanum carmesino colore, Swert. Zweihörnichter schmalblätterichter Berg - Knoblauch mit Purpurfarber Blüht. In montosis.

XVIII. Allium montanum capite rotundo, C. B. π^{iv}. 75. Allium seu Moly montanum 5. Clus. Pann. p. 219. (Cui & Moly montanum purpureo elegantissimo flore) & hist. lib. 2. fol. 195. Bergknoblauch mit runden Purpurfarben Käpflein. Cauli viridi, rotundo, duorum vel trium cibitorum altitudine excrescente, ac tribus vel quatuor sæpè oblongis tenuibusq; foliis ornato, capitulum insidet sphærale φύσιγξ dictum ex plusculis floribus, petiolis fultis, congestum, qui sex foliola, elegantiore purpurâ nitentia, & nunquam se explicantia obtinent. Semina mox adsunt copiosa rotunditate oblonga, candida, glumis ex nigro purpurascensibus induita. Radix bulbosa αὐλιθας, seu nucleos quosdam tunicâ vestitos, ad latera interdum egerit. In der Hollen, Grund. Floruit mense Julio. Notandum

hic, quod $\Phi\sigma\gamma\xi$ propriè folliculus sit turgidus in allii capite, quo semen continetur. Allio coronatus est Andronicus Imperator Orientalis, ab Isaacio Angelo victus, & post atrocissimos cruciatus, præcisâ dextrâ, oculo altero effosso, pedibus vivus suspensus. Nicetas & ex eo Drexel. l. de Æternitate.

L. S. X.

*XIX. Alnus Brunf. tom. 3. fol. 235. Seb. in Trag. deutsch 860. Bauh. in Matth. 132. Lob. ic. o. 191. Tab. lib. 3. fol. 690. Alnus vulgaris, Clus. hist. lib. 1. fol. 12. Alnus rotundifolia glutinosa viridis C. B. π' pag. 428. Elenbaum. Bey den Huben. Siccat, refrigerat, & adstringit, cortice ac foliis. Lassitudinem viatorum levant folia, calceis imposita. Cortex cum nucamentis & ferri scoriâ aquâ maceratus atrum suppeditat colorem coria tingentibus utilem. Aqua alni, ex foliis prolecta, expertum est medicamentum in arthritide, dolores quippe velut incantamento quodam aufert, foris admota. Eo nomine secretò ut habeatur, sunt ἀλωπεκί-
ζοτες, cum vulpe vulpinantes, qui aquam alni transnomi-
nant & aquilanam vocant.*

* *Alnus mense Aprili inter julos copiosissimos, eō tempore defluos, semine plenos, corpora quedam edit nana, novocidη, ruffa ac squammata, petiolis fulta suis, quæ genuini sunt alni flores, & conos post se relinquunt subvirides initio, tandem ad nigrem abeentes, & hiscentes. Verrucæ alni tubercula sunt globosa, & inæqvalia sæpe, arbori clavorum instar defixa, quo levi brachio, immisso cultro, eximi possunt. His pueri globorum utuntur loco, ruri lusitantes. Lintres, lembi ac scaphæ initio ex alno parabantur juxta illud Virg. i. Georg.*

Tunc alnos primū fluvii sensere cavatos.

Emplastrum Lœselii ex Alno ita habet: R. ol. veteris libr. 1. cortic. verrucarum alni, radicum alni ana libr. $\frac{1}{2}$ gemmarum alni

alni Uncias 4. fructuum alni auctumn. coll. Uncias 2. ebulliant, ac stent in aheno per 4. dies ac noctes, colato & expresso oleo adde Lithargyr. aurei triti ac creti Unc. 15. Coqvantur aliquamdiu spatulâ debitè materiam agitando, & inter coqvendum affunde: Succi foliorum alni, corticum, radicum alni, aquæ foliorū alni ana librami. Ultimò ubi adverteris justam ferè emplastri consistentiam, adde per incerniculum pulveris florum alni, jularum alni, foliorum alni, fructuum alni autumno collector. ana Unc. 2. M. F. l. a. absq; cerā emplastrum. Usus discutit, dolores ac cruciatus arthriticos egregiè sistit. Erysipelata, omnesq; partium intemperaturas fervidas potentissimè exstingvit. Tumores resolvit, vulnera cruenta placat, ac ulcera haud sordidata, nec non ossa fracta optumè solidat. Eò nomine cerato diachalcitidis Galeni, seu Diapalmæ, hoc longè præferendum existimo.

XX. Alnus nigra baccifera, C. B. *πίν.* p. 428. Frangula Bauh. in Matth. 875. Dod. Lat. 784. Tab. lib. 3. fol. 753. Arbor fœtida, Lon. Deutsch 60. Faulbaum Trag. Kyb. in Trag. p. 981. Hüneraugen Borussis. *In der Hollen-Grund.*

Vaccæ foliorum pastu lac reddunt copiosius. Cortex interior luteus, vere delibratus, & siccatus obstructa expedit viscera & humores biliosos, pituitosos, ac serosos fortiter educit drachm. $\frac{1}{2}$ vel Scrup. 2. pondere cum correctore maci, vel zingibere sumptus. Aceto mistus & impositus scabiem aufert humidam, *Seb. in Tragum.*

XXI. Aloë palustris C. B. Pin. pag. 286 Stratiotes sive militaris aizoides Adv. Lob. 334. Sedum aquatile, sive stratiotes potamios Dod. Lateinisch fol. 589. Wassersegen / Wasserseiche. *Im Graben bey dem kleinen Brückchen / nach Jerusalem zu.*

*st Alsine littorea
folys Portulacæ
C. B. Pin: 291.
renaria proplodes
N. 1.*

XXII. *Alsine marina foliis portulacæ. Joh. Lœsel.
 „Plantula est longissimâ radice albicante, sub terrâ repente,
 „quæ novis subinde radiculis constitutis horsum vorsum ra-
 „dicationem instituit, ac nova alsines germina excludit: Thyr-
 „sulis est succosioribus, rotundis, geniculatis, albicantibus,
 „nonnunquam & rubentibus, quorum geniculis ministeria
 „præstant, bina exadversum folia crassâ, succo plena, viri-
 „dia, ex oblongo acuminata, gustu ferè fatua. Flosculos
 „alit qvinq; foliis candidos, mense Julio, aliis quinis foli-
 „olis intervirentibus suffultos, quorum singulis assistit sta-
 „minulum subluteum. Capsæ post succedunt virides, orbi-
 „culatæ, quinis locis extumidæ, aliquantulum fastigiatæ,
 „ac in meditullio tenuissimis filamentis instructæ, quæ dif-
 „fractæ, septem semina offerunt lutea, parte convexâ ro-
 „tunda, simâ compressiunculis ternis, & pluribus insignita,
 „& plana. Meerhûnerdarm mit dicken Gartenbirchels Blät-
 tern. In der Sackau.

XXIII. Alsine major, C. B. Pin. pag. 250. Alsine, sive Hippia major, Lob. ic. 459. Centunculus, Cæs. lib. 6. c. 53. p. 259. Groß Hünnerbiss / Meyerkraut / Vogelkraut / Meyer. Bey Königsberg.

XXIV. Alsine minor repens. Joh. Lœsel. Klein fri-
 chender Hünnerdarm / oder Vogelkraut. Hinter Latten-
 walde nach Kunzen zu. Aviarii oscines suas aves, cibum
 fastidentes, herbulâ hâc recreant.

XXV. Alsine minor multicaulis, C. B. Pin. pag. 250. Alsine minor, Fuchs. fol. 23. Lon. deutsch 203. Tab. lib. 2. fol. 382. Alsine minima, Dod. lateinisch fol. 30. Adv. Lob. fol. 193. Centunculus minutissimis caudiculis, Cæs. lib. 6. cap. 53. pag. 259. Klein vielstengelicht Vogelkraut / oder Meyer. Am Wall.

XXVI.

Num. 2. ad pag. 12.

*Alsine marina foliis
Portulacæ.*



Arenaria peploides. L.

Num. 3 ad pag. 13.

*Alsine bifolia fructu
Coriandri radice ge-
niculata.*



XXVI. Alsine triphyllos cærulea, C. B. Pin. pag. 250.
Håndelkraut cœruleis flosculis, Trag. Kyber. in Trag. pag. 401. Alsine parva recta, folio Alsines hederaceæ, sed rutæ modo diviso. Lob. ic. pag. 464. Alsine recta, Tab. lib. 2. fol. 383. **Håndelkraut / Hünerrauten / Dreyblättericht Vogel-Meyer mit blauen Blümlein.** Auff den Aeckern.

XXVII. Alsine veronicæ foliis, flosculis caudicalis ad-hærentibus, C. B. Pin. p. 250. Alsine folio veronicæ, Tab. lib. 2. fol. 384. Alysson, Colum. in Phytobas. p. 28. **Hünerdarm mit Ehrenpreiß-Blättern.** Auff den Aeckern.

XXVIII. Alsine hederulæ folio, C. B. Pin. p. 250. Alsine mas. Gesn. hort. fol. 245. Alsine spuria prior, sive morsus gallinæ, Dod. lateinisch fol. 31. Morsus gallinæ folio hederulæ, Lob. ic. 463. Centunculus hirsutior, Cæs. lib. 6. cap. 53. pag. 259 & seq. Alsine hederacea. Tab. lib. 2. fol. 384. **Hünerdarm mit Epheu-Blättern.** Am Wall.

XXIX. Alsine spergula dicta major. C. B. Pin. pag. 257. Saginæ spergula. Lob. ic. pag. 803. Spergula; Dod. lateinisch. fol. 573. Wasserperlen Borussis. Unter dem Getreidig.

XXX. Alsine foliis Trifflaginis, Lob. ic. p. 464. Tab. lib. 2. fol. 384. Alsine chamædrifolia flosculis pediculis oblongis insidentibus C. B. Pin. pag. 250. Alsine media, Fuchs. fol. 22. Alsine spuria altera, Dod. lateinisch. fol. 31. **Hünerdarm mit Ganianderlein-Blättern / dessen Blüht auff länglichen Stengeli.** Am Steindamschen Wall.

XXXI. *Alsine bifolia fructu Coriandri radice geniculatâ. Joh. Lœselii. **Vogelkraut mit Coriander Saamen.** Plantula est triuncialis, & sæpè major, thyrsulis instructa suis, quorum singulis geniculis bina assistunt foliola in acutiem abeuntia, flosculos fert dilutè purpureos, foliis pro-

est Plaux mari
Pin : 215.

„ximè assidentes , quibus succedunt conceptacula , seu vascula
 „rotunda , acuminata Coriandri facie , minutulum semen ,
 „nigricans & triangulum , concludentia . Radice nititur ge-
 „niculatâ , filamentis comitatâ . Bey Kahlholz in districtu
 Balgensi auff der Wiesen . Floret mense Junio .

XXXII. Anagallis mas phœnicea , Lob. ic. pag. 465.
 Anagallis mas , Sebit. in Trag. deutsch fol. 307. Bauli. in Matth.
 464. Fuchs. fol. 18. Dod. lateinisch fol. 32. Lon. deutsch fol. 204.
 Anagallis phœniceo flore , C. B. Pin. pag. 252. Clas. hist. lib.
 6. fol. 182. Rother Gauchheil. Rother Meyer Borussis. Un-
 ter dem Getreidigt. Anagallis mas in sifendo sangvine adeo
 efficax , ut in volâ duntaxat manus servata eundem sufflam-
 net . Lonicerus addit fol. 204. Venam in brachio sectam
 sangvinem haut fundere , herbulâ hâc manu detentâ . In-
 mensum nimio fluxu collo affirmetur , ut scrobiculum cor-
 dis attingat .

XXXIII. Anagallis aquatica major folio oblongo ,
 C. B. Pin. pag. 252. Berula major . Tab. lib. 2. fol. 389. Große
 Bachbungen / mit länglichen Blättern . An den Flüssen
 hin und wieder .

XXXIV. Anagallis aquatica minor foliō oblongō ,
 C. B. Pin. pag. 252. Anagallis aquatica minor 2. Tab. lib. 2.
 fol. 389. Kleine Bachbungen mit Poley - Blättern . Rivulis
 ac fossis afficit .

XXXV. Anagallis aquatica folio subrotundo , re-
 ptante caulinco . Joh. Lœsel. Kleine frichende Wasserbun-
 gen . Auff der Wiesen gegen Jerusalem über . Convenit
 cum reliquis cum anagallide aquatica minore foliō subro-
 tundō , C. B. Pin. pag. 252. nisi quod hæc caulinco obtineat
 in superficie terra longius reptantes , & ex intervallo quo-
 dam fibris radicationem impetrantes .

XXXVI.

XXXVI. Anagallis aquatica breviore oblongo folio semine biscutato, J. Lœsel. Kleine Bachbungen mit kurzen länglichen Blättern / dessen Saam in doppeltē Schildlein. Tota radix capillata, quæ caulinulos numeroſissimos qua-“ quaversum sparsos gestat, humi jacentes ac reptantes, quo-“ rum nonnulli reptatu novas subinde acquirunt fibras, in “ rectum radicantes. Foliis est curtis, oblongis & acumina-“ tis, articulis thyrsulorum pari responso affirmatis. Semen “ in scutigerulâ delitescit thecâ. In Dorff Sarkau nach “ dem Curischen Hafe zu in loco arenoso.

XXXVII. Anagallis aquatica longiore angusto folio, semine biscutato. Joh. Lœsel. Kleine Bachbungen mit langen schmalen Blättern / dessen Saam in doppelten Schildlein. Radice crescit nodosâ, villis instructa suis: “ caulinulo geniculato ac levi, bina longiora, angustissima “ & tenuiter serrata, situ aduerso præstò sunt folia, ex quo-“ rum sinu emergunt pediculi in tenellos alias pedicellos “ inordinatos abeuntes, qui flosculos alunt quadrifolios, par-“ vos ex rubro albicantes, quos vanescentes scutulæ gemi-“ næ, Thlaspios instar, tenuissimâ instructæ aristâ, seqvuntur, seminis servatores Magnitudine variat: pumila saepius “ est, vix spithamam alta rariùs cubitalis & procerior. Hinter “ dem Tragheimischen Wall / nicht weit vom Oberteich.

XXXVIII. Angelica aquatica, C. B. Pin. pag. 156. Archangelica, Lob. ic. pag. 701. Dod. lateinisch. fol. 318. Clus. Pann. pag. 695. Clus. hist. lib. 6. fol. 195. Cam. pag. 17. Wasser-Angeliche, Arcydziegel Pol. In der Wiesen nach Lochstädt zu copioso. Floret circa finem Junij. Ulnas saepè quinque longitudine suâ excedit. Angelica sub eleva-“ tione poli 47. 48. 49. nata, ac Ole. s. &. occupante effos-“ fa, efficaciter operari creditur.

XXXIX.

Angelica sylvestris
ita inodora C. B.
 : 156.

XXXIX. Angelica sylvestris major hyrsuta. Joh. Lœsel. Wilde rauhe Angelick / Hundgiersch / Boruss. Radix crassa & fibrosa, nigricans foris, intus albicans, caule effert bicubitalem, & ulterius sèpè productum, rotundum, medullā intus albicante, hirsutie asperum, viridē, in alas brachiatum, qui digitis tritus odoris est nonnihil aromatici. Foliis crescit podagrariæ, sed profundius in ambitu incisis, hispidis, atrovirentibus, & in acutiem abeuntibus, quæ similiter comminuta odorem hyssopi ferè spirant. Flos in umbellis albicat, semine nigro post se relicto. Radix inodora ferè & exiguè acris calefacit & siccatur. In Penartischen Walde.

XL. Angelica sylvestris minor sive erratica, C. B. Pin. p. 155. Pycnocomos. Brunf. tom. 3. fol. 165. Podagaria. Adv. Lob. fol. 311. Ægopodium, Tab. lib. 1. fol. 301. Herba Gerardi, Dod. Lateinisch. fol. 320. Angelica sylvestris communis, pestis hortorum, Cam. pag. 17. Angelica vitium, & osteritium sylvestre, Sebit. in Trag. Deutsch / 333. Geusfuss. Nostratis, Giersch. Girz Pol. Succulenti ejus thrysuli, abjectis foliis verno tempore edules sunt, & creberrimi usūs. Tota vulneraria est, arthriticos unà insigniter juvans foris & intus administrata. Radix sudorem movet aliquot dies cum vino hausta, ac febres fugat. In sylvis umbrosis passim.

XLI. Anonis spinosa flore purpureo, C. B. Pin. 389. Ononis, Bauh. Matth. fol. 501. Ononis, Anonis, Resta bovis, Cama. Matth. fol. 227. Resta bovis, Sebit. in Trag. Deutsch / fol. 683. Lon. Deutsch / fol. 103. Anonis. Fuchs. fol. 60. Dod. Lateinisch. fol. 743. Dod. Niederländisch fol. 1164. Ononis, Cord. in Diosc. fol. 51. Gesn. hort. fol. 269. Lob. Observ. fol. 492. Adv. Lob. fol. 378. Thal. sylv. 81. Ononis I. Tab.

Tab. lib. 2. fol. 226. Remora aratri quibusdam. **Braun Hauhechel / Stachlicht Stallkraut / Ochsenbrech.** Cortices radicum vino decocti praestantissimi sunt in frangendo calculo, & lotio ciendo, *Diosc. & Plin.* Infarctus quoque jecoris & lienis expeditunt, ictericis & hydropicis summoperè utiles. Novi quendam, (inquit Matth.) qui radicis pulvere duntaxat plurimis mensibus sumpto carnosum ramicem absumpsit & sanatus est: licet à Medicis nullo alio medicamento, quam solâ sectione ustioneq; hunc curari posse antea statutum esset. Equis porrigitur decoctum Ononidis ischuriâ laborantibus. Olim planta adhuc tenera muriatica erat ex genere condimentario, quam sale conditam diutulè servabant edulem, cui anima fœtebat. Lævis est vere, & primâ æstatis parte, post aculeos contrahit. In hortiscoli non debet Ononis, ne fiat Anonis, hoc est inutilis, & noxia aliis herbis, Gesn. **Bey der Pillau auf dem Haacken.** Floret mense Julio. Resta bovis efficacissima creditur sub elevatione Poli 48 nata & collecta Sole 8 ο occupante.

XLII. Anonis spinis carens purpurea, C. B. Pin. 389.
Braune Hauhechel ohne Stacheln. Anonis mitior prima, Clus. histor. lib. 1. fol. 99. Anonis non spinosa, Clus. Pann. p. 52. Eystett. Ononis perpetuò lævis, Gesl. hort. fol. 269. Ononis 3. non spinosa purpurea, Tab. lib. 2. fol. 227. Anonis sive Ononis sine spinis, Camer. hort. p. 17. **Bey Elbing** copiosè.

XLIII. Aparine, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 393. Bauh.
 Matth. fol. 590. Fuchs. fol. 50. Dod. lateinisch. fol. 353. Cord. in Diosc. fol. 57. Lon. deutsch 270. Lob. ic. pag. 800. Cæf. lib. 8. c. 9. pag. 324. Aparine aspera, Thal. pag. 10. Aparine vulgaris. C. B. Pin. pag. 334. φιλαίρθεωπ, Diosc. **Kelbkraut** Ostrzyca Pol. **Am Kneiphofischen Wall** passim. Phalangiorum

& viperarum morsiunculis auxiliatur, Trag. Aqua in puncturis & doloribus hypochondriorum perutilis.

XLIV. Aparine palustris lævis, Thal. pag. 10. Gallium album Tab. lib. i. fol. 537. Gallium palustre Dod. lateinisch fol. 355. Gallium palustre album, C. B. Pin. p. 335. Weiß glatt **Meyerkraut.** In locis palustribus paſſim circa Regiomontum.

XLV. Apium montanum folio ampliore, C. B. Pin. 153. Oreoselinum sive Veelgutta, id est multibona, Dod. lateinisch 696. Oreoselinum, Lob. ic. pag. 707. Clus. hist. lib. i. 195. Oreoselinum i. Tab. lib. i. fol. 342. Bergpeterlein / Berggeppich / Samlod Bor. Zu Dvednau aufin Berge. Opych gorny, Pol. Rusticis in frequenti est usu in sanandis pecoribus.

XLVI. Aquilegia sylvestris, C. B. Pin. p. 144. Aquilegia Sebitz. in Trag. deutsch fol. 108. Fuchs. fol. 102. Lon. deutsch fol. 116. Cæl. lib. 15. cap. 38. fol. 589. Aquilegia simplex, Cam. pag. 19. Aquilina, Bauh. in Matth. fol. 469. Lob. ic. pag. 761. Tab. lib. i. fol. 118. Wilde Agley / Cynowod Pol. In der Österreichen Heyde hinter dem Schilling (lacus est). Item in der Johansburgschen Heyde am Wege. Semen drachmæ unius pondere cum pauxillo croci sumptum obstructa reſerat viscera, & experimentum est in iētero, Trag. Variolas quoq; & morbillos egregiè provocat. Cam. Flores cordiales sunt. Aqua ejus stillatitia faciem emaculat & nitidam reddit, aciem oculorum firmat, & caliginem fugat. Aquilegiæ radix & folia colliguntur sole in i. & existente: flores, sole in ultimo II gradu: semen, ex ultimo & gradu emigrante.

XLVII. Artemisia vulgaris major, C. B. Pin. 137. Artemisia, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch / 273. Bauh. in Matth. fol. 617. Cord. in Diosc. fol. 58. Cam. pag. 21. Artemisia latioris folii Dod. lateinisch fol. 33. Artemilia mater herbarum, Lob.

Lob. ic. 764. Artemisia rubra & alba, Tab. lib. 1. fol. 34.
Beyfus. Bylicá Pol. *Ali den Baumēn* passim.

Menses movet, secundinas fœtusq; extrahit, & uteri præclusioni confert. Carbo sub radice, æstivō solstitio, & maximè Divi Johannis Baptiste pro Festo, erutā, inventus, singularis est virtutis in epilepsia, teste Fernel. & aliis. Ejus rei experimentum Matrem Illustr. Hassiæ Principis Wilhelmi semel atq; iterum fecisse tradit Petræus, lib. 1. Nos. diff. 6. §. 53. Artemisiæ decoctum veterinarii jumentis tussi devexatis utiliter porrigunt.

XLVIII. Arundo palustris, Bauh. in Matth. fol. 137.
Tab. lib. 1. fol. 703. Harundo phragmitis, Ruell. lib. 1. fol. 129. Arundo vulgaris sive *Φεγγυμίτης*, Diosc. C. B. Pin. 17. Calamus sive arundo alia gracilis, Cæs. lib. 4. cap. 59. fol. 186. *Gemein Rohr / Deckrohr.* Vitetur ejus ἀνθηλη seu ἀνθος ἐπιπλέμενος flos nempe lanosus, qui særissimè aures exsurdat. *Alm frischen und Curischen Haase* it. in Königsberg in locis palustribus copiosissimè. *Arundo coronat.* Arundine Lacedæmonii coronabantur festis Promachiorum diebus. Quodnam id festum sit, certò dicere non possum. Existimo ἀπυσὶ καὶ ἀπνευσὶ, ac sine inspiratione bibentes festo eo honorari. Προμάχοι quippe antesignani sunt, qui aliis bibendo præeunt. Arundine autem utebantur, ob dolorem & gravitatem capitis, à vini potu molestam. Vinculum enim quodvis temporibus admotum prodesse credebant veteres. *Arundo mortem infert.* Alexinus Philosophus, qui Ἀλέξανδρος φιλοσοφός ἐναι, h. e. ob contentionis studium ἐλεγχός dicebatur, è vulnere arundine puncto, mortem oppetiit, in Alphæo amne natans.

XLIX. Asarum, Trag. Sebitz. in Trag. Deutsch fol. 50.


Fuchs. fol. 10. Bauh. in Matth. fol. 36. Dod. lateinisch fol. 358.
 Gesn. hort. fol. 249. Lon. deutsch fol. 156. C. B. Pin. pag. 197.
 Tab. lib. 2. fol. 423. Asarum Baccaris sive baccatus, Lob. ic.
 pag. 601. Haselwurz, Kopytnik Pol. Floret mense Aprili.
 Beym Lautschen Leich am Berge / in locis umbrosis.

Virtutes emeticæ, si crudum aut infusum sumatur; diureticæ & diaphoreticæ si decoqvatur, utroq; autem modo antifebries in vulgus notæ sunt. Asarum virtutibus maximè potens censemur, sub elevatione Poli 45. 46. 47. 48. proveniens. Colligatur Ole 15. & occupante.

L. Asclepias albo flore, C. B. Pin. p. 303. Hirundinaria, Trag. Sebitz. in Trag. fol. 144. Lon. deutsch fol. 163. Vincetoxicum, Matth. deutsch fol. 336. Dod. lateinisch fol. 407. Asclepias, Fuchs. fol. 130. Gesn. hort. fol. 249. Cæf. lib. 6. c. 72. fol. 269. Schwalbenwurz. Zwycie zyiad, Pol. In der Hollen-Grund hinter der Bleich am Berge. Item bey S. Albrecht an den Seebergen copiosissimè.

LI. Asparagus maritimus Dioscoridis, Lob. ic. p. 786. Asparagus marinus, Clus. Hisp. pag. 462. Clus. hist. lib. 5. fol. 179. Asparagus palustris, Tab. lib. 1. fol. 515. Bauh. in Matth. fol. 373. Asparagus maritimus crassiore folio, C. B. Pin. 490. Spargen / Corallenkraut / Jáblonki Pol. Bey S. Lorenz an der See. Item in der Sarchau / ubi à nobilium ministris sæpiuscule effoditur & in hortum defertur. Moderate refrigerat, siccatur & abstergit. Jecur ac renes infarctu liberat tum radice, tum semine, regioq; morbo succurrit. Urinam ciet, calculos exturbat, semen genitale auget, Veneremq; stimulat. Turiones ejus in acetariis sumpti alvum emolliunt. Asparagus in solo etiam infelici uberat, cornua ovilla, hircina, aut arietina vel integra, vel in pollinem acta, radici si adderis.

*Atractylis aculeata foliis maxime
raciniatis, capitulis albis.*



Num. 4. ad pag. 21

deris. Crescit quoq; Asparagus in campis & pascuis ad digitum majoris crassitatem, sed saporis amariusculi. Bey Ragnit auf den Kanopen und Wiesen copiosè.

Multibibis fœmellis Ledum potandum sæpe offertur temulentiaæ accelerandæ causâ. His svavia danda esse vult Cato. Plin. lib. 14. c. 13. causam addit: Cato ideò propinquis fœmellis osculum dare jussit, ut scirent, an temetum olerent. Rustici Ledum in porcile seu haram congerunt, porcis plhyriasi infestatis. Im Gebrüch bey Schwanis copiosè. Item bey Judenkirch in ericetis uliginosis.

CXXVI. Clinopodium origano simile. C. B. Pin. 224. Clinopodium vulgare, Matth. Bauh. in Matth. 595. Clinopodium majus Matthioli, Cam. hort. 44. Clinopodium 1. Matth. deutsch fol. 337. Clus. Pann. pag. 624. Origanum minus Trag. Sebitz. in Trag. deutsch / 29. Origanum verticillatum Thal. pag. 81. Pulegium montanum Lon. deutsch 146. Clinopodium. Cord. in Diosc. fol. 57. Clinopodium 1. Tab. lib. 2. fol. 69. Clinopodium vel Polycmenum, Gesn. hort.

254. *Acinos*, Lob. ic. 504. *Acynus*, sive *sterilis*, Adv. Lob.
 215. *Wirbeldost*/Matth. Tab. *Klein Wolgemuth*/Seb. in Trag.
Wald-Poley/oder *Berg-Poley* Lon. In der Hollen-Grund.

CXXVII. *Cnicus sylvestris spinosior*, C. B. Pin. 378.
Heracantha, Tab. lib. 2. fol. 372. *Atractylis*, sive *Carthamus sylv.* Trag. Seb. in Trag. deutsch 676. *Cartamus sylv.* Lon. deutsch fol. 100. *Carduus vulg.* Matth. Bauh. in Matth. fol. 497. *Atractylis sylvestris*, seu *Cnici sylvestris species*, Thal. 6. *Atractylis media*, Gesn. hort. fol. 249. *Atractylis mitior* Fuchs. fol. 121. *Cirsium luteum Sequanorum*, Lob. ic. 14. o. *Carlina sylvestris*, Dod. lateinisch 728. *Carlina sylv. vulgaris*, Clus. hist. lib. 5. fol. 156. *Colus rustica*, Cord. in Diosc. fol. 57. *Wilder stachlicher Feld-Saffran* / *Dreumdistel* / und *Schönhaarlein*/Tab. *Dreydistel*. Sebitz. in Trag. *Wilder Feld-Saffran* / Fuchs. *Wilde Stichwurz fæmellis*.

Lixivio decocta pilos nitescere, ac lenes marcescere facit. In locis montanis & aridioribus bey Quednau.

CXXVIII. *Consolida media pratensis coerulea*, C. B. Pin. 260. *Bugula*, Dod. lateinisch fol. 135. Clus. Pann. p. 609. *Guldengünzel*/Brunf. deutsch fol. 90. *Consolida media* Matth. deutsch fol. 402. Fuchs. fol. 391. Eystett. *Sympytum medium* Lon. deutsch 179. *Bugula*, quibusdam *Prunella Obs.* Lob. 252. *Prunella cærulea prior* Trag. Kyber. in Trag. 309. *Consolida media prima*, Tab. lib. 2. fol. 257. *Consolida media major* Thal. pag. 28. *Chamæcisi alterum genus*, Cæl. lib. 11. c. 36. p. 453. *Blau Guldengünzel* / Tab. Matth. Bey dem Penartischen Walde. It. bey Haberstroh.

CXXIX. *Consolida media pratensis purpurea*, C. B. Pin. 260. *Roht Guldengünzel*. Rubris floribus reperta. Bey Haberstroh. Item im Penartischen Walde, ubi flos ex rubro coeruleus fuit,

CXXX.

CXXX. *Consolida regalis arvensis*. C. B. Pin. 142.
 Tab. ic. p. 61. *Consolida regalis*, Brunf. tom. 1. fol. 84.
 Gesn. hort. fol. 255. & 256. *Consolida regalis flore cœruleo*
minore Cam. 46. *Consolida regia*, Trag. Sebitz. in Trag.
deutsch 453. Fuchs. ic. pag. 15. Lon. *deutsch* fol. 217. *Flos re-*
gius 2. vel *sylvestris*, Dod. *lateinisch* 252. *Chamæmelum eran-*
themon, Fuchs. fol. 27. *Segetum consolida regia strigo-*
sior tota, Lob. ic. 739. *Delphinium vulgare*, Clus. hist. lib.
 6. fol. 207. *Cuminum sylvestre alterum Dioscoridis*, Gesn.
 hort. 256. *Wild Rittersporen* / Tab. *Rittersporen* / Lon.
 Sebitz. in Trag. S. Otilien-Kraut oder Blum / Ritterblum
 und Lerchen-Klaw/vulgò.

Temperata est, siccans cum adstrictione. Vulnera sanat,
 ardores qvarumcunq; partium mitigat, visum acuit, vene-
 nis obſiſtit, calculos atterit, & interaneorum expellit ver-
 mes. Semen viribus haud cedit plantaginis semini, unde
 foriolos juvat & sangvinem reddentes. Eligitur hanc in
 rem flore cœruleo, & sativa. Am Kneiphofischen Wall. It.
 beym Tümpel Krug inter segetes copioſe.

CXXXI. *Convolvulus major albus*. C. B. Pin. 294.
Convolvulus major flore albo, Eystett. *Convolvulus ma-*
jer Gesn. hort. fol. 255. *Smilax lævis vel lenis major*, Lob.
 ic. 619. *Volubilis major*, Trag. Sebitz. in Trag. *deutsch* 634.
 Lon. *deutsch*. fol. 236. Tab. lib. 2. fol. 550. Thal. pag. 131,
Campanula alba sylvestris, Swert. florileg. part. 2. fol. 14.
Helxine cisampelos, Cord. in Diosc. fol. 64. *Smilax lævis*,
 Matth. Bauh. in Matth. 839. Fuchs. fol. 720. *Smilax lævis*
major, Dod. *lateinisch* 392. *Große Winde* Tab. *Groß weiß*
Windglocken/Seb. in Trag. *Groß glatt Winden*/weiß *Win-*
den. *Zaunglocken*/ und *Wackenbraut* / Lon. *In der Hollen-*
Grund.

CXXXII. *Convolvulus minor arvensis*. C. B. Pin. 294.
Volubilis arvensis flore roseo, Tab. lib. 2. fol. 551. *Smilax laevis minor*, Dod. lateinisch fol. 393. *Volubilis minor*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 635. Lon. deutsch fol. 136. Thal. pag. 131. *Helxine in segetibus nascens*, Cord. in Diosc. fol. 64. *Convolvulus minor*, Gesn. hort. fol. 255. Cæs. lib. 9. c. 24. p. 383. Clus. hist. lib. 4. fol. 50. *Helxine Cissampelos*, Matth. Bauh. in Matth. 715. Fuchs. fol. 258. *Convolvulus minor purpureus*, Lob. ic. 619. *kleine winde* Tab. *kleine weiße Acker-winde / oder Glocken* / Sebitz. in Trag. *Weidenwinden / Wein-Gart-winden / Zaun-winden und kleine Glatt-winde* Lon. *Mittel-winde*/ Fuchs. Inter segetes passim.,

CXXXIII. *Convolvulus minor semine triangulo*.
C. B. Pin. 295. *kleine Winde mit dreykantigem Saamien*.
Convolvulo similis herba, Gesn. hort. fol. 255. *Volubilis media*, seu *nigra* Thal. 131. *Orobanche seu Cæstus alter Serapionis*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 527. *Volubilis nigra* Tab. lib. 2. fol. 552. *Helxine Cissampelos altera Atriplicis effigie*, Lob. ic. 624. *Elatine*, Cord. in Diosc. fol. 64. *Convolvulum nigrum*, Dod. lateinisch 396. *Formentone alterum genus* Cæs. lib. 4. cap. 31. pag. 166. *Schwarze Winde / Seb.* in Trag. *Buchwinde*. Tab. *In der Hollen-Grund*.

CXXXIV. *Conyza cœrulea acris*. C. B. Pin. pag. 265. *Dentelaria* Gesn. hort. fol. 256. *Conyza cœrulea* Tab. ic. pag. 861. ubi *hirsuties omissa*. *Erigerum quartum*, Dod. lateinisch, 641. *Conyzæ genus tenuifolium*, Thal. 21. *Tinctorius flos alter*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 123. *Scharfe blaue Dürnwurz*, Tab.

Cubitalis & procerior quandoq; est planta suffitatem versus brachiata, thyrsulis tenellis striatis, ex nigro ruffulis, hirsutie

tie insigni, quorum singulis exortibus subservit folium oblongum, angustum, hirtum, gustu acre: flosculis tenuissimarum exilitatum in caulum fastigiis apud nos albis, medullium ex staminulis luteis constitutum festivè ac copiose circumdantibus, ocissimè, ac sèpe intra horæ spatium vanescenibus, succedente mox papposâ lanugine. Radix ex nigro flavescens, capillamentis instructa suis, ubi manditur acritate linguam ferit. Floret Mense Julio. In locis arenosis & petrosis passim bey Königsberg.

CXXXV. *Conyza aquatica laciniata*, C. B. Pin. p. 266. *Conyza Helenitis* foliis laciniatis, Lob. ic. 347. *Conyzæ mediæ species altera*, Dod. lateinisch 52. *Wasser-Dürwurz mit zerschnittenen Blättern*. In locis aquosis bey Brandenburgischen Schloß. Item bey Nordenburg im Stadt-Grabem copiose.

CXXXVI. *Conyza major* flore globoso. C. B. Pin. p. 266. *Dürwurz mit Kugelrunder Blüth*. *Conyza minor* Trag. Kyber. in Trag. 166. Matth. deutsch fol. 365. Tab. ic. p. 860. *Conyza minima* Lob. ic. 345. Dod. lateinisch, fol. 52. Thal. pag. 21. *Conyza minor seu fœmina*, Lon. deutsch 160. *Psyllium*, Cord. hist. fol. 154. *Kleine Dürwurz* Matth. Tab. *Flohkraut und Hunds Augen* alias. *Vetulis Kerstindenkraut* aut *Krestinden-Kraut*. Major est & minor. Ictericis tussientibus & suspriosis salutaris. In locis irriguis bey Königsberg.

CXXXVII. **Conyza palustris* foliis tripartitò divisis, Joh. Lœf. Bidens foliis tripartitò divisis, Cæsalp. lib. 12. cap. 17. p. 483. *Hepatorium aquatile*, Dod. lateinisch fol. 595. *Verbena supina vel tertia*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch. 168. *Verbenaca recta* Cord. in Diosc. 66. *Forbesina Benoniensis*

+ est

Gesn. hort. fol. 259. Pseudohepatorium alterum Dodonæi seu fœmina, Thal. 85. Cannabina aquatica folio tripartito diviso C. B. Pin. p. 321. Wasser-Dürrwürz mit tieff zerschnittenen Blättern / Hanenkamp Germanis. Cord. in Diosc. Stuppars Moravis & Silesiis, Gesl. in hort. Radix ex multis filamentis sub albidis constituta, caules promit rotundos , ramosos, rectos rufescentes, qvibus folia in tres, qvinq; vel sex profundas lacinias, in circuitu serratas, digitorum instar, dirempta adnascuntur. Cacumina caulium excipiunt florum capitula globosa, ex numerosissimis calyculis luteis , in summitate parùm incisis, ac in meditullio lingulam bifidam , exilem nigricantem foventib⁹ exstructa, qvorum ambitum luteoli exornant flores. His succedunt oblonga ac pulla semina, in apice ternis hispidulis aculeis , qvorum intermedius brevior, horrida. Horum ope vestibus, & contrectantium digitis facile adhærescunt. Passim in locis uidis bey Königsberg.

+ est

CXXXVIII. *Conyza palustris foliis serratis. Joh. Lœsel. Eupatorium cannabinum chrysanthemum , Tab. Lib. 1. fol. 418. Bidens folio non dissecto , Cæsalp. I. c. Eupatorium cannabinum fœmina Septentrionalium , stellato & odoro flore , Lob. ic. 529. Fœmina cannabinæ septentrionalium , stellato & odoro flore , Advers. fol. 227. Wasser-Dürrwürz mit schlecht zerschnittenen Blättern. Priori assimilis est demptisfoliis. Caules alit ramosos, pallide virentes & exigue hirsutos quib⁹ folia oblonga, in ambitu duntaxat crenata serviunt. Conyza palustris . Hort. Eyst. Cannabina aquatica folio non diviso, C. B. Pin. 321. Wasser-Wundkraut / Wassersternkraut / Geel-Fieberkraut und Kunigundkraut Weible. Tab. Bey der Laute. Auch unter dem Getreidigt an feuchten Dertern.

CXXXIX. Cornus fœmina C. B. Pin. p. 447. Hartriegel.

No. 11. ad pag. 54



*Conyza palustris
foliis serratis.*

riegel. Trag. Kyber, in Trag. 1004. Virga Sangvinea, Matth. Bauh. in Matth. 214. Gesn. hort. fol. 286. Dod. lateinisch. 782. Sangven vulgò, Cæs. lib. 3. cap. 26. p. 110. Ossea, Lon. Deutsch fol. 65. Cornus fœmina. Gesn. hort. f. 255. Lob. ic. p. 169. o. Thal: p. 33. Tab. lib. 3, fol. 752. Pseudocrania, Cord. hist. fol. 187. Hartriegel Matth. Cornelbaum Tab. Kürbeeren alias. *Bey Fischhausen im Rosen-Pusch.*

CXL. *Corylus sylvestris*, C. B. Pin. 418. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 868. Lob. ic. p. 192. o. Clus. hist. lib. I, fol. II. Lon. deutsch fol. 46. *Avellana nux sylvestris* Fuchs. fol. 398. *Avellana*, *Corylus sylvestris*, Gesn. hort. fol. 249. *Nux avellana agrestis*, Brunf. lateinisch tom. 3. fol. 225. *Nux avellana sylvestris* Matth. Bauh. in Matth. fol. 229. *Nux avellana*, sive *Corylus* Dod. lateinisch fol. 816. Pontica *nux* in *corylo vulgari*, Cord. in *Diosc.* fol. 25. *Wilde Haselnuß* Sebitz. in Trag. *Haselbaum* / *Haselnüßbaum* / oder *Haselstrauch* Lon. *Haselnuß* / Fuchs.

Adeò fructifera sæpe est *Corylus* apud nos, ut modò septendecim, modò viginti unam, imò simul viginti duas nuces, uno pediculo fultas, & glomeramen quasi quoddam constituentes, hic observarim. Eiusmodi nucum glomeramina ex concursu multorum florum exorta credo. Cæterum 4 numero differentias sæpe notavi: 1. nux est calyculo clauso. 2. Calyculo aperto. 3. Calyculo semiaperto. 4. Calyculo curto. Oblongiores citius, rotundæ tardius in nucleus maturescunt, omnium verò primò, quæ *Augstnuss* salutantur.

Corylus ipsa ligno est vel fragili vel obsequioso. Hoc ob lentitiam finditur & ex eo textiles sellarum sedes, & circuli vasis ligneis firmandis deservientes, parantur.

Falluntur, qui coryli flores credunt esse julos, quippe flo-

flosculos edit, in gemellarum summo constitutos, staminum instar, ruffulos, laccam Florentinam colore æmulantes, & quidem apud nos inclinante Aprili, aut Majo Mense inchoante. Juli ejus, dum Corylus floret, concussi, pulvisculum reddunt luteum, pictoribus Schuttgelb / Bleylegelb vocatum. Deservit hic pulvis pictoribus elegantissimo colore, tonsoribus vi consolidante, siccante, refrigerante & adstringente, vulneribus inspersus. Notandum: Corylus quo magis julis abundat, eò copiosiores alit flores, destituta iisdem paucissimos ostendit. Arbor hæc materies est virgulæ metallorum indagatricis, Wünscheltut dictæ, quam Nicolaus Niger Hapelius (ita se transnominavit Raphaël Eglinus Iconius, Theol. D. & Prof. olim Marburgicus) in Disquis. Heliana ita vult cœdi & tractari: Cédatur virga bifurcata horna, i. e. unius anni, ex corylo vel quercu, cuius cornua sint æqualia, & sine vizio, (quidam eandem putant ante solis exortum, maxime crescente lunâ, & quidem potissimum circa diem Annunciationis Mariæ cædendam) hoc facto sumantur due furculæ in utramq; obversam manum, cælum versus digitis compressis, utring; videlicet extremitatibus flagellorum furcæ ad utrumq; compressum pollicem extra manum prominentibus: ipse autem furcæ caudex extrinsecus intra duas manus vergat. Quodsi quis argenteos globulos thoraci prefixos gestet, etiam si omni nixu comprimat virgam utrāq; manu, tamen gyrum mouendo per se faciet, & versus thoracem sese introrsum usq; ad globos cæsa illa caudicis pars vertet: sin verò omni metallo extutus, argentum aurumve ponas in terram, tunc etiam renitente & invito te, qui tenes virgam, pars caudicis cæsa extrorsum verget, donec validissimo indicio & motu metallum percutiat. Quā de re passim Autores Chymici & Physici consulantur.

Nuci-

Nucibus ludunt pueri. Catullus in epithalamio Julii & Mallii:

*Da nucem pueris, iners
Concubina, satis diu
Lusisti nucibus.*

Ovidius lib. de nuce, sigillatim multos declarat ludos, qui nucibus fiunt:

*Has puer aut certo rectas diverberat ictu,
Aut pronas digito bisve semelve petit.*

Augustus laxandi animi causâ cum pueris facie liberali ocellatis nucibus lusisse dicitur à Tranquillo. Hic per nuces ocellatas exaudiunt nonnulli carystias seu avellanas, alii amygdalas. Alexander ab Alexandro lib. 3. genial. dier. c. 21. nucleos esse affirmat, qui in Perficiis pomis inveniuntur, dictasq; ocellatas nuces existimat propter ocellos, & foramina, quibus muniantur undiq;. Corylus eò fructuosior, quò pejus tractatur. Veterum adagium est: *Corylus nucleis dives, nuptiarum præsaga est: Existimo exaudiendum hoc esse de furtivis, quibus se commaculant sæpe, coryleta inter aqualiculantes nucum collegæ.* Aliâs memini priscos, nuptiarum solemnibus, nuces sparsisse, vel sponsum pueritiae jam renunciâsse indicantes, vel jactu tripudium excitantes, vel deniq; gemino nucum operimento, totidem involucris fœtus novæ nuptæ circumdataum iri, significantes.

Melancholici & qui tristitia dissolventa dederunt pectora, περιπατον̄ hoc confici curant in multis expertum. In nucem avellanam, cæstro excavatam & enucleatam κατοπτηρον̄ seu speculum pavonis deferatur, superstructo hydrafyro: mox foramine cera virginea obturatō nux syndone involvatur, ac collo appendatur.

Nux ludicræ rei materies: Notabilem hic in memoriam
H mihi

mihi revocant historiam nuces, qvæ in Regio apud nos monte quondam acciderat. Ex sartorum genere quidam epulum Magistrale Meister - Rost tribulibus suis apparatus, alia inter edulia tenebatur vigore statutorum & consuetudinis inveteratæ carnes croco tinctas, amygdalis conspersas, apponere. Quid sit? nuces hic elegit amygdalarum loco. Renano integro elapso divulgatâ, nuces pro amygdalis appositâ fuisse stomachari incipit tota opificum tribus, hominem de integro ad dapes magistrales apparandas durâ verborum gravitate cogens. Ab insolenti hoc postulato junior ille Magistellus ad Senatum urbicu[m] se recipit, sententiam hâc super re tristiculo expectans animo. Senatus rem pensiculatiu[m] trutinans decernit., cum in epulo Magistrali nil præter amygdalas desideratum sit amplius, æqvum esse, ut sartorum tribules adjiciales seu adipales parent cœnas, easque crocata[s], ipse verò addat amygdalas. Ita litigium optuma sententiâ sublatum. De carnis crocatis Vulgare est dicterium;

Ruhfleisch in gelber Brüh/
Ein Ritter ohne Müh /
An diesen beyden ist verloren
Der Saffran und die gûlden Sporen.

Taubmannus ita:

*Caro crocata Vacce,
Expers eques labore,
Fraudique sunt probroque
Calcaribus crocoque.*

Nux miraculum præbuit. De Sebastiano Vogelsbergo hæc memoriae prodidit Melissus:

*Fortis erat bello vir & acribus inclytus armis,
Cui volucris nomen monsque perenne dabat.*

Jusse-

SPONTE NASCENTES.

49

Jusserat huic Quintus caput à cervice recidi,
Cede forà Auguste nunc quoque tincta rubent.
Ille sibi cernens ensemque necemque paratam
Carnifici intrepida talia voce refert :
En morior, moriarq; , jubet quia Cæsar is ira:
Quod precor, hoc votis parce negare meis ,
Truncus ubi gelidâ fuero tellure sepultus
In tumulo factum consere rite nucis.
Nux ea, si merui pœnas, arescet ; at insons
Si plector, crescet ; grandis & arbor erit.
Vota valent, arbos succrevit, & alta sub auræ
Explicuit patulis brachia densa comis.

CXLI. Cuscuta major. C. B. Pin. pag. 219. Cassytha
 Plinii vel Theophrasti, Gesn. hort: fol. 251. Cassytha Plinii,
 Cuscuta officinarum, Lob. ic. 427. Cassutha. Fuchs. fol: 384.
 Tab. lib. 2. fol. 592. Dod. lateinisch fol: 554. Thal. pag. 28.
 Androsaces, vulgò Cuscuta Trag. Kyber. in Trag. 810. Cus-
 cuta Matth. Bauh. in Matth. fol. 879. Lon. deutsch. fol. 236.
 Cæs. lib. 8. c. 41. fol. 343. Seiden-Kraut / Tab. Filz-Kraut
 Flachs-Seiden / Flachs-Dottern Lonic. Nefel-Rancken
 Borussis. Bey Königsberg paſsim. Urticæ præsertim ma-
 jori adhæret.

CXLII. Cyanus segetum C. B. Pin. 273. Cyanus cœ-
 ruleus, Gesn. hort. fol. 256. Cyanus, Lon. deutsch fol. 216.
 Cæs. lib. 13. cap. 52. f. 538. Cyanus flos Dod. lateinisch fol.
 251. Baptisecula, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 450. Cya-
 nus vulgaris Lob. ic. pag. 546. Adv. Lob. fol. 236. Obs.
 Lob. 296. Cyanus major Matth. Bauh. in Matth. fol. 389.
 Cam. hort. pag. 51. Cyanus cœruleus arvensis, Tab. lib. 1.
 fol. 531. Cyanus arvensis cœruleus Thal. pag. 29. Eystett.

H 2

NB.

NB. Incisuræ apud Lon. Matth. & Sebitz. in Trag. omissæ. Blau Kornblum/ Tab. Große Korn-Blum Matth. Ro-cken-Blum und Zacharias- Blum/ alias. Inter segetes pas-sim. Flores cyani cœruleum pictoribus suppeditant colorem. In mortario lapideo , flores pistillo contunduntur ligneo, ad-jecto aluminis pauxillo : contusorum pars linteo terso & ex-tenso inducitur, ac involvitur: mox alia portio eidem linteo superinducitur , ac rursum involvitur , & sic ulterius cum florum minutali agitur, strato super strato constituto. Por-tiones ita linteo inductæ ac involutæ, præsto lævi manu com-mittuntur , qvò succus omnes lintei partes æqvabiliter impræ-gnet. Post crassamentum abjicitur , ac linteum siccatur. Usus Tempore lintei particula aquæ, in quâ gummi Arabicum di-solutum immergitur , & colorem reddit amœnulè cœrule-um, quem pictores Tüchlein-blau nominant. NB. Cyanus in quibusdam infantum morbis remedium expertissimum est.

CXLIII. Cynoglossum majus vulgare, C. B. Pin. p. 257. Cynoglossus vulgaris, Gesn. hort. fol. 256. Cynoglos-sum cum flore Dod. lateinisch. fol. 54. Cynoglossum, Adv. Lob. fol. 250. Cynoglossum cum flore. Tab. lib. 2. fol. 408. Cynoglossum vulgare , Matth. deutsch fol. 570. Cynoglossum vulgare cum flore, Lob. ic. 580. Cynoglossum vulgare, Clus. hist. lib. 5. fol. 161. Eystett. Große Hunds-Zunge Brunf. deutsch fol. 169. Gemeine Hunds-Zung Matth. Hunds-Zung mit Blumen/ Tab. am Kneiphofischen Wall passim.

CXLIV. Cynoglossum minus. C. B. Pin. pag. 257. Elatine Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 156. Lon. deutsch fol. 166. Klettenkraut / Seb. in Trag. Lon.

Apud nos cubitalis sœpè est planta, secus ac in Angliâ, ubi vix semipalmaris reperitur. In Neuendorff am Tham co-piose

piosè. It. am Kneiphofischen Wall/nach dem Schießhause zu.

Siccat, adstringit & solidat. Decocta dysentericos & fo-
riolos juvat, & dolores compescit. Gargarismis additur.

CXLV. Dens leonis latiore folio C. B. Pin. 126. Dens leonis vulgi, sive Urinaria, Lob. ic. p. 232. Dens leonis. Brunf lateinisch tom. 3. fol. 70. Matth. Bauh. in. Matth. fol. 388. Dod. lateinisch. fol. 636. Dens leonis 1. Tab. lib. I. fol. 595. Taraxacon minus Lon. deutsch 123. Hieracium majus, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch. 209. Hieracium parvum Cord. in. Diosc. fol. 55. Hieracium minus, Gesn. hort. fol. 262. Caput Monachi, Matth. deutsch fol. 178. Hedypnois, dens leonis, Fuchs. ic. pag. 387. Aphaco Cæs. lib. 13. cap. 3. pag. 508. Pfaffenblatt / oder Röhrlein-Kraut / Tab. Pfaffenrörlein / Klein Habichtskraut / Lon. Pfaffenkraut / Löwen-Zahn / Saurushel / Sausschnabel Saublum / Pfaffenstiel / Hundsbhum / Eyerblum / Münchsblatt / Weglattich / Wiesenlat-
tich / Hundslattich / und Merzenblum vulgo. Sommerdorn Hassis. Bey Königsberg/ in locis sabulosis passim. Radix Taraxaci collo suspensa in oculorum caligine efficax creditur.

CXLVI. Dentaria heptaphyllum baccifera, C. B. Pin. 322. Dentaria bulbifera, Lob. ic. 687. Dentaria baccifera, Clus. Pann. Clus. Hist. Dentaria septifolia, Tab. Siebenblätte-
riger Schuppenwurz mit schwarzen Beeren. In der Sarkau
in fruticetis ac locis umbrosis.

CXLVII. Digitalis lutea magno flore, C. B. Pin. 244. Digitalis lutea, Fuchs. f. 894. Tab. lib. I. fol. 270. Cam. hort. p. 55. Lon. deutsch. fol. 105. Thal. 38. Digitalis flore luteo. Eystett. Digitalis 3. Dod. lateinisch f. 169. Campanula sylvestris, seu Digitalis flore luteo, Trag. Kyber. in Trag. 889. Geelsingerhutt/ Tab. Fuchs. Geeler Finger-Hutt oder Wald-Glöcklein/Lon.

Hinter Dvednau auff dem Berge in locis umbrosis. Item in der Osterodischen Heyde copiosè.

CXLVIII. *Dipsacus sylv. aut virga pastoris major*, C. B. Pin. 385. *Dipsacus Lon. deutsch* fol. 99. *Dipsacus purpureus* Fuchs. fol. 225. *Dipsacus primus* Tab. lib. 2. fol. 366. *Carduus fullonum*, Brunf. lateinisch / tom. 3. fol. 32. *Labrum Veneris*, Cord. in Diosc. fol. 50. *Lob. ic. p. 18. o. Lob. Obs. fol. 487.* *Carduus fullonius erraticus*, Trag. Seb. in Trag. deutsch 667. *Labrum Veneris flore purpurascente*, Cæl. lib. 13. c. 27. p. 519. *Labrum Veneris alterum*, Matth. Bauh. in Matth. fol. 493. *Groß Kartendistel / oder Weberkarten / Bubenstreet und Wolffstreet* / Lon. *Braun Kartendistel* Fuchs. In elegantem nonnunquam excrescit magnitudinem, ita ut 4 ulnas sœpe apud nos exæqvæt. *Bey der Neuhäusischen Mühl.* Item im Werder hinter Elbing in agrorum limitibus copiosè.

CXLIX. *Dracunculus palustris sive radice arundinaceâ* Plinii C. B. Pin. 195. *Aron palustre*, Ges. hort. fol. 248. *Dracunculus aquaticus*, Matth. deutsch fol. 228. *Dracunculus aquaticus* Plinii, Cam. hort. p. 56. *Dracunculus aquatilis*, Dod. lateinisch 331. *Dracunculus palustris minor*, Lon. deutsch fol. 232. *Angvina aquatica*, sive *Dracunculus*, Lob. ic. p. 600. *Dracontium palustre* Tab. lib. 2. fol. 417. *Wasser-Schlangenrœut* Matth. *Klein Schlangenrœut* Lon. *Wasser-Aron* und *Drachenwurz vulgò*. *Schweinkräut* Nostratibus. *Folia quippe concisa porculatores aquâ macerant*, furfures addunt & miscelâ hâc porcos saginant. Calefacit, siccatur & subtilium est partium, hinc suspiriosis utilis est radix, quæ degustata, fucum quasi lingvæ divendit, mox eandem insigniter suâ acrimoniâ ferit. Aro persimile quiddam obtinet, auctore Gal. 6. simpl. *Viscera expurgat*, lenta ac viscida incidit, opti-

optimumq; remedium est contumacium ulcerum. Baccæ ex vino sumptæ ἐχιοδήντοις prosunt. Hinter Judenkirch in locis uliginosis.

CL. Dracunculus pratensis ferrato folio , C. B. Pin. 98. Wiesen-Bertram mit zerkerbten Blättern. Ptarmica I. Matth. Bauh. in Matth. fol. 441. Ptarmice, Lon. deutsch fol. 263. Ptarmica, sive Ptarmica folio Taraconis, vel sternumentoria Lob. ic. pag. 455. Ptarmica Fuchsii Cam. hort. p. 132. Tanacetum album, seu acutum, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch / 379. Tanacetum album acutum Tab. lib. 2. fol. 454. Tarchon aquaticum, Gesn. hort. fol. 274. Draco sylv. sive Ptarmice, Dod. lateinisch 710. Ptarmica sylvestris germanica, Thal. pag. 86. Ptarmica vulgaris, Eystett. Weiß Reinsarn Tab. Wild Bertram / Lon. Matth. Bey der Altstättischen Ziegelscheine in pratis siccioribus. Item bey dem Penartischen Walde. Item in der Langkaase (pratum est) zwischen Lattenwalde und Kunzen.

CLI. Echium scorpioides arvense C. B. Pin. 254. Auricula muris cœrulea Tab. lib. 1. f. 630. Auricula muris minor tertia Trag. Seb. in Trag. deutsch 221. Scorpioides tertium minus Dod. Eystett. Scorpioides aquaticum Ges. hort. f. 280. Scorpioides tertium, Dod. lateinisch fol. 72. Heliotropium min^o alterum Cæl. lib. II. p. 439. Echii palustris alia species, Thal. p. 40. Alsine Myosotis, sive auricula muris, Lob. ic. 461. Myosotis hirsuta reptans, Adv. Lob. 193. Observ. Lobel. 245. Blaue Mäus-Ohrlein/Tab. Vergiß mein nicht/ Ges. hort. Circa Regiomontum passim. Variat magnitudine, aliquando vulgata quadruplo major est & hispidior.

CLII. Echium scorpioides arvense flosculis niveis, Joh. Lœs. Weisse Ackermann-Mäus-Ohrlein. Am Thiergarten bey Neuhausen in locis umbrosis.

CLIII.

CLIII. *Echium Scorpioides palustre* C. B. Pin. 254.
Euphrasia cœrulea Trag. Seb. in *Trag. deutsch* 260. *Eufrasia cœrulea* Tab. lib. 1. fol. 630. *Echium palustre* Cordi, Thal. pag. 40. *Cynoglossa minor*, Brunf. *lateinisch* tom. 1. fol. 176. *Myosotis scorpioides* partim repens, partim erecta, Lob. ic. 462. *Scorpioides tertium majus* Dodonæi, Eystett. *An auralia muris*, Matth. *deutsch* fol. 249? *Blaue Wassermäuse-Ohrlein / blauer Augentrost / Tab. Kleine Hundszung / Brunf. das rechte Mäuse-Ohrlein* *Dioscoridis*. Matth. *Bey Königsberg* passim.

CLIV. *Echium vulgare* C. B. Pin. 254. *Echium* Matth. *deutsch* / 420. *Dod. lateinisch* 631. *Gesn. hort.* fol. 257. *Echiū sive Buglossum sylvestre*, Lob. ic. 579. *Echium vulgare*, Clus. *hist.* lib. 5. fol. 163. *Anchusa sylvestris* Thal. p. 9. *Buglossum sylvestre*, Lon. *deutsch* 175. *Echium, buglossum agreste*, Adv. Lob. fol. 249. *Echium floribus purpurantibus rubellis*, Obs. Lob. 312, *Lycopsis*, Cord. in *Diosc.* fol. 63. *Wilde Ohrsenzung / Matth. Lon. Bey Lautenmühl / Item heym Heydekrug / im Brandenburgischen in locis aridis & salebris copiose.*

CLV. *Elichrysum feu Stœchas citrina angustifolia*, C. B. Pin. 264. *Stœchas citrina*, Matth. *Bauh. in Matth.* fol. 736. *Dod. lateinisch* fol. 268. *Gesn. hort.* fol. 283. *Tab. lib. 2. fol. 103. Coma aurea*, Lob. ic. pag. 485. *Chrysocome aureave coma*, Adv. Lob. fol. 203. *Amarantus luteus* Fuchs. fol. 99. *Amaranthus luteus*, Lon. *deutsch* fol. 134. *Chrysocome prima vulgaris*, Clus. *hist.* lib. 3. fol. 326. *Helichryson, & Amaranthus Galeni*, Cæs. lib. 12. c. 13. pag. 484 & 485. *Schmalblättrige gelbe Rheinblumen. Rheinblume / Tab. Matth. Rheinblumen oder Mottenblumen / Lon. Mottenblumen / Winter-*

Winterblumen / vulgò Winterblümchen. Kattenpoten Nostratisbus.

Amariuscule & aromatico est sapore. Excalfacit, siccatur, aperit, & abstergit. Flores decocti cachecticos, & aurugiosos juvant: furfures capitis abstergunt, & pediculos enecant. Vestimentis associati tineas pellunt. In locis aridioribus & siccioribus beym Altstädtischen Gericht. Flores cum pane Butyraceo vitulis dati certissimum diarrhoeæ remedium esse rusticis creduntur.

CLVI. Equisetum palustre tenuissimis & longissimis setis: 3. in Prodr. C. B. pag. 24. Wasser-Roß-Schwanz mit sehr dünnen langen Blättern. In palustribus bey Königsberg passim.

CLVII. Equisetum sylvaticum tenuissimis setis C. B. p. 16. Equisetum sylvaticum, Tab. lib. 1. fol. 699. Hipparis minor altera, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 550. Klein Schaffthew / oder Kazenschwanz / Trag. Wald-Schaffen-thew / Wald-Roß-Schwanz / in locis umbrosis passim.

CLVIII. Equisetum palustre brevioribus foliis polyspermon: πολύγονος θηλυ C. B. Pin. pag. 15. Polygonum fœmina Matth. Bauh. in Matth. fol. 676. Polygonus fœminea Gesn. hort. fol. 273. Dod. lateinisch 13. Tab. 1. 2. fol. 505. Equisetum tertium, Cæl. lib. 16. c. 15. p. 599. Polygonon fœmina semine vidua Lob. ic. p. 792. Adv. Lob. fol. 354. Sangvinalis fœmina Cord. in Diosc. fol. 61. Limnopeuce Cord. hist. fol. 150. Polygonon fœmineum, Thal. p. 87. Vielsamiger Wasser-Roß-Schwanz mit kleinen Blättern. Thannenwadel / Tab. Matth. Klein Kazenwadel / nonnullis. In locis uliginosis bey der Altstädtischen Klapperwiesen. ἡς ἢ τὸ πολὺ sine semine reperitur, quandoq; polyspermon est.

CLIX. Equisetum foliis tractu ætatis nudum, 'Joh.
Lœl. Equisetum foliis nudum non ramosum sive junceum.
ππγεις ἀφυλλά C. B. Pin. pag. 16. Hippuris major, Trag.
Seb. in Trag. deutsch fol. 548. Hippuris nuda, Equisetum nudum
Tab. ic. pag. 251. Hippuris major altera, Lon. deutsch fol. 212.
Polygonon foemineum ἀφυλλόκαυλον, Thal. p. 87. Ohnblätter-
ger Rosschwanz nach Länge der Zeit. Schaffthew ohne Blät-
ter / Tab. ic. Groß Schaffthew / oder Ross-Schwanz / Lon.

Equisetum hoc foliosum est primâ ætate. Senescens ve-
rò & quidem mense Julio, foliis prorsus exuitur, & nudum
conspicitur. Id saepiusculè ἀυτόπτης notavi. Reliquias folio-
rum icon apud Tragum monstrat. In locis palustribus in Königsberg passim.

CLX. Equisetum foliis nudum, ramosum C. B. Pin. 16.
Equisetum tertium, Matth. Germ. fol. 441. Hippuris minor,
Lob. ic. pag. 794. Wielästiger Rähenzagal oder Schafftheu
ohne Blätter. Im Amt Hollandt wird das Kraut ge-
nandt Heermosß. Hinc adagium: Der Pferde Brodt / der
Kühe Todt. Equis gratissimum & salutare est pabulum,
contrà ovibus & vaccis noxiun. Vaccæ eo saturatæ den-
ticidio urgentur, foriolæ fūnt, & fordæ ab ejus esu aborti-
unt ac persæpe moriuntur. Hinc foenum sumentes vaccæ,
particulam foeni (cui immistum esse sentiunt equisetum hoc)
rursum ore projiciunt, ut noxia herba, hoc modo excutia-
tur. Oves ab esu hujus herbæ prorsus abhorrent, ac oris
lingvæq; dexteritate illum ab utili pabulo separare sciunt.

CLXI. Equisetum foetidum sub aquâ repens. 5. in
Prodr. C. B. 25. Stinkend Schafftheu so unter dem Wasser
freucht. Equisetum pini foliis simile apud Plinium & Hippu-
ris minima à Diosc. non descripta, Dalech. in Plinio fol. 547.

&

& 548. Cauliculis provenit tenuissimis, rotundis, per obliquum, ut saccharum penidum, striatis. Odoris est lutosi ac sulphurei. Siccata planta friabilis est, ac digitis facilè in pollinem redigitur. *Bey Osterrode in fundo lacus Schilling, ad pagum Werlitten.*

CLXII. *Equisetum sub aquâ repens foliis bifurcis. *Centophyllum am.*
Joh. Lœs. Kriechend Wasser-Schäfftheu mit vielen zweizähnigkeiten kleinen Blättern.

Cauliculis est rotundis geniculatis non striatis ; foliis tenuissimis, summum versùs bifurcis ad genicula concurrentibus. Friabilis est exsiccata, ac digitis facilè atteritur. In piscinis passim, ex quibus sagenâ saepius evellitur.

CLXIII. Erica vulgaris glabra, C. B. Pin. 485. Erica vulgaris Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 747. Thal. p. 40. Erica folio Myricæ, Clus. Pann. p. 35. Clus. hist. lib. I. p. 41. Erica vulgatior folio Myricæ, Adv. Lob. fol. 447. Erice Fuchs. fol. 255. Erica Tab. lib. 3. fol. 809. Cord. in Diosc. fol. 18. Lon. deutsch fol. 53. Erica prima Matth. Bauh. in Matth. fol. 141. Erica prior Dod. lateinisch fol. 767. Heyd, Tab. Matth. Heiden. Sebitz. in Trag. Lon. Fuchs. In locis arenosis passim.

CLXIV. Erica baccifera tenuifolia baccis nigris. Joh. Lœs. Foliis assimilis est ericæ bacciferæ tenuifoliæ, Tab. lib. 3. fol. 810. Schmallblätterichte Heide mit schwarzen Beeren. Auf der Eurischen Nahrung hinter Kunzen copiosè. *me judice non Erica baccifera tente nigra.* Kräenbeeren Nostratisbus. Item hinter Schreittlacken.

CLXV. Eruca lutea latifolia, sive Barbarea, C. B. Pin. 98. Barbarea fœmina Tab. lib. 2. fol. 165. Barbarea seu Pseudobunias Lob. icon. pag. 207. Barbarea Dod. lateinisch fol. 712. Herba S. Barbaræ. Trag. Kyber. in Trag. pag. 101. Lon. deutsch fol. 201. Bunium adulterinum Cam. hort.

p. 31. Nasturtium palustre Gesn. hort. fol. 268. Nasturtium hybernum Thal. pag. 80. S. Barbaræ herba Fuchs. fol. 746. Gelb breitblätterich Senffkraut oder S. Barbellkraut Weiblein. Tab. S. Barbara-Kraut. Fuchs. Lon. Senffkraut oder Barbelkraut Sebitz. in Trag. Rapunzel nostratisbus. Wintertkress nonnullis. Propè pratorum fossas bei Königsberg.

CLXVI. Eruca sylv. minor luteo parvoq; flore C. B. Pin. 98. Eruca palustris minor, Tab. lib. 2. fol. 159. Eruca sylvestris Fuchs. fol. 263. Sinapi primum genus Fuchs. ic. p. 304. Kleiner wilder Senff mit gelber und kleiner Blüth. Klein Wasserrauken Tab. Wild weiß Senff. Fuchs. In locis uliginosis passim.

CLXVII. Eruca maritima Italica siliquā hastæ cuspidi simili. C. B. Pin. 99. Eruca genus in maritimis. Cæl. lib. 8. c. 63. fol. 360. Cakile Serapionis Eruca folio, Napi flore; vulgo eruca marina. Lob. ic. p. 223. Cakile Serapionis. Cam. hort. p. 32. Meerfresse vulgo. Ad littus maris passim.

CLXVIII. Eruca sylv. minor foliis subasperis in orbem sparsis. Joh. Lœl. In der Fischhaussischen Heide. Item bei Rungen in montosis. Kleiner wilder Senff mit scharfen Blättern / so an der Erde in die Runde herumb liegen.

mbris arenos.
L. 15.
Radice nititur exili, subflavescente, villis instructa suis: cui succedunt folia laciniata, subaspera, humi circumcircata strata, quorum insima majora sunt ac viridiuscula, his incumbentia, & in meditullio constituta incanæ ac minora. Cauliculos edit hirsutos & brachiatos, quorum summo insidente flosculi nivei: Hos deciduos seqvuntur siliquæ teretes, exile ac subruffum semen gustu acre continentes.

CLXIX. * Eruca sylvestris major foliis subasperis in orbem sparsis. Joh. Lœl. Grosser wilder Senff mit scharfen

No. 13. ad pag 68.

*Eruca sylvestris minor foliis
Subasperis in orbem sparsis.*



Sisymbrium Arenosum L.

No. 1 ad pag. 69.

Erysimum hirsutum
Siliquis Cruca.



Risymbrium loeselii. L.

sen Blättern / so an der Erde in die Runde herumb liegen.

Cum erucâ sylv. minore convenit quidem , foliis tamen “ hæc vehementissimè luxuriat , ita , ut vel sexaginta obser-“ vârîm semel in unicâ planta , humi in orbem sparsa , incisa “ & subaspera . In der Wange an den Seebergen copiosè .

CLXX. Eryngium maritimum C. B. Pin. p. 386. Eryngium marinum Matth. deutsch fol. 273. Lob. ic. pag. 21. o. Lob. obs. fol. 490. Dod. lateinisch 730. Clus. hist. lib. 5. fol. 159. Eystett. Cam. hort. p. 58. Cæl. lib. 13. cap. 29. pag. 521. Meermans-Treue / Matth. Seemans-Treue und Meerwurzel vulgo. Circa portum Pillaviensem copiosè .

CLXXI. Erysimum. Irio. 1. Tab. ic. p. 448. Erysimum vulgare C. B. Pin. pag. 100. Irio. 1. Matth. Bauh. in Matth. fol. 431. Cæl. lib. 8. c. 64. pag. 360. Irio Cord. in Diosc. fol. 46. Lon. deutsch fol. 201. Verbena fœmina & sinapi 7. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 79. Verbenaca recta , sive mas. Fuchs. fol. 592. Irio , sive Erysimum Diocoridis , Lob. ic. 206. Adv. Lob. 69. Irio , sive Erysimum Dod. lateinisch fol. 714. Erysimum Nostras. Thal. p. 40. Wegsenff / Hederich 1. Tab. Ic. Eisenkraut-Weiblein Lon. Schnödseenff / Schützenff und Steinseenff / Cord. in Diosc. Eisenkraut- Männle / Fuchs. Bey Königsberg in locis præsertim salebrosis passim.

CL.XXII. *Erysimumhirsutum siliqvis Erucæ. Joh. Læs. härichter Wegsenff.

Radix subflavescens , ac fibris instructa caulem effert rotundum , viridem , hirsutie asperum , cui folia profundè incisa & hispida annata , quæ propriis terram longis pediculis innituntur. In caulum summo flosculi parvi , conglomerati ac luteoli visuntur , siliqvas minusculas in apice clypeatas , “ longis ac hirsutis petiolis insistentes , post se relinqventes .”

„Facie prorsus assimili est Erysimo 2. Tab. lib. 2. p. 162.
 „descripto, hirsutie demptâ. Reperi id mense Junio zu
 Danzig am Wall.

CLXXIII. *Evonymus vulgaris* granis rubentibus. C. B. Pin. 428. *Evonymus*. Matth. deutsch. fol. 83. Dod. lateinisch. fol. 783. Tab. lib. 3. fol. 754. Gesn. hort. fol. 258. *Evonymus Theophrasti* Lob. ic. pag. 168. o. Adv. Lob. fol. 435. Obs. Lob. 591. *Carpinus Theophrasti*. Trag. Kyber. in Trag. pag. 983. Lon. deutsch fol. 60. Siler Plinii Cæf. lib. 3. c. 50. p. 128. *Anonymus*, aliis *Evonymus*. Cord. hist. fol. 176. *Spindelbaum* Matth. Tab. *Spindelbaum* Hanhödlein Kyber. in Trag. *Pinnholz* nonnullis. *Zwickholz* Nostratibus.

Carbones *Evonymi* usurpant pictores in rebus delineandis, vel in hōrum defectu carbones *Coryli*. In der Holzen Grund.

CLXXIV. *Eupatorium cannabinum* flore purpureo Joh. Lœl. *Eupatorium cannabinum* C. B. Pin. pag. 320. *Eupatorium Avicennæ*. Gesn. hort. fol. 258. Lon. deutsch 246. Cam. hor. 58. *Eupatorium adulterinum*, Fuchs. fol. 265. Herba S. Kunigundis, Trag. Seb. in Trag. deutsch 390. Herba Kunigundis prima, Tab. lib. i. fol. 417. *Eupatorium Avicennæ* seu *vulgare* Matth. deutsch 432. *Hepatorium vulgare*, Dod. lateinisch fol. 28. *Cannabina aquatica*, sive *Eupatorium mas*, Lob. ic. 528. *Pseudohepatorium mas*, Herba Cunegundis, seu *Hepatorium Avicennæ* quorundam. Thal. fol. 85. Wasser-Dost mit Purpurfarben Blumen / Kunigundkraut / Tab. Matth. Hirschflee / oder Wasserrost / Lon. Sebitz. in Trag. Hirschfustel und S. Kunigundskraut / Dosenkraut / Albfraut / und Hirsch-Wundkraut vulgo.

Cervis

Cervis sauciū sacrum. Amarum est, abstergit, incidit, apertit, expurgat, lotiumq; movet. Hepaticis, liensis, ictericis, fœdā scabie, ac productis tertianis divexatis perutilis. Chirurgis vulneraria est planta, qui radicis pulvisculum cum $\epsilon\nu\phi\omega\gamma\alpha$ offerunt, unde & Bruchwurz quibusdam dicitur. In uliginosis in der Hollen-Grund.

Colligenda Ole 15. M occupante sub elevatione Poli 46, 47, 48, 49.

CLXXV. Eupatorium cannabinum flore candido.
Johann. Lœsel. Weiß Wasserost.

Priori aſſimile est structurā, foliorum caulumq; colore nonnihil diſſimile. Quippe prius foliis gaudet ex fusco vi-ridibus, thyrſulis rubicundis: hoc foliis & caulis pallidè virentibus. In der Hollen-Grund.

CLXXVI. Eupatorium Veterum ſive Agrimonia, C. B. Pin. 321. Agrimonia, Brunf. lateinisch Tom. 3, fol. 68. Lon. deutsch fol. 245. Cæſ. lib. 8. c. 4. p. 319. Agrimonia, ſive Eupatorium. Dod. lateinisch fol. 28. Eupatorium Dioscoridis & aliorum Græcorum. Gesn. hort. 258. Eupatorium Græcorum, Agrimonia officinarum Lob. ic. 692. Adv. Lob. 308. Eupatorium vulgare Trag. Kyber. in Trag. pag. 513. Eupatorium Matth. Bauh. in Matth. fol. 717. Cord. in Diſc. fol. 64. Tab. lib. 1. fol. 409. Fuchs. 244. Odermennig / Tab. Fuchs. Oder- meng / Lon. Odermennig / Agrimonien / Bruchwurz / Le- berkletten und Königsfraut. In der Hollen-Grund.

CLXXVII. Euphrasia officinarum C. B. Pin. 233. Eu- phrasia, Fuchs. fol. 246. Eufrasia, Tab. lib. 2, fol. 533. Dod. la- teinisch 54. Euphrasia ſive Euprosine. Ocularis. Lob. ic. 496. Eufragia Matth. deutsch fol. 438. Cæſ. lib. 8. c. 34. pag. 339. Eu- phragia altera major Thal. pag. 40. Euphrasia Argentinensi- ſium

sium vel 2. & 6. Trag. Seb. in Trag. deutsch fol. 259. Augentrost / Tab. Seb. in Trag. Matth. In pratis bey Königsberg passim. Item bey der Altstädtischen Kältschein auf der Mauer semel hanc plantam inveni.

CLXXVIII. Euphrasia pratensis rubra C. B. Pin. 234
Odontites prima. Tab. lib. 1. fol. 681. Eufrasia altera Dod.
lateinisch 55. Euphrasia 2. Dodonæi Lob. ic. p. 496. Ericoides
rubrum Thal. pag. 40. Brauner Augentrost. Tab.

In locis uliginosis saepe & aridis. Spithamas duas nonnunquam alta est. Flos communiter rubicundus. Semel pumilam inveni flore albo, bey Wartnicken in locis incultis. Phthirias in jumentis accersit crebrius esitata,

CLXXIX. Fagus, Brunf. tom. 3. fol. 235. Bauh. in Matth. 180. Cam. in Matth. 66. Matth. deutsch 72. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 876. Dod. lateinisch 832. Lob. Obs. fol. 587. Adv. Lob. fol. 433. Lon. deutsch 49. Tab. lib. 3. fol. 683. Nothe Büche oder Buchbaum / Tab.

Folia refrigerant, siccant, & parùm adstringunt. Glans fagea dulci nucleo diuretica est, suemq; facit hilarem. Largius esitata dementat ac inebriat rusticos. Cinis deservit panis tingendis, ac vitris conflandis. Hinter Brandenburg copiosè. Et alibi. Circa diem Omnia Sanctorum assula ex fago arbore excisa, siccata existens, modestiam hyemis, humida ferociam ejus signat vulgo. Fagus olim etiam serviebat simulacris faciendis. Anthologia Græcor. Epigrammat. lib. 1. cap. 68. meminit faginei Colossi Herculis. Faginus guttus gutturnium est ex fago, quo olim sacrificabant. Plinius lib. VI. cap. 38.

CLXXX. Festuca avenacea sterilis elatior, C. B. Pin. pag. 9. Aegylop 1. & avena fatua, Tab. ic. p. 234. Lolii primum

mum genus. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 520. Aegylops. 1. Matth. deutsch fol. 119. Aegylops vera Gesn. hort. fol. 245. Bromos herba, Dod. lateinisch 540. Bromos sterilis, Lob. ic. p. 32. Avena græca, Cæs. lib. 4. c. 48. p. 178. Festuca & avena græca, Lon. deutsch 285. Avena sterilis, Adv. Lob. 9. Thal. p. 14. Gerstenthwalch / Gauchhaber / und Habergras / Tab. ic. Gauchhaber und Mausshaber / Trag. Seb. in Trag. Gauchhaber und Taubhaber / Lon. Inter segetes passim. Vitium plerumq; hordei est.

CLXXXI. Filipendia, Trag. Seb. in Trag. deutsch 695. Matth. deutsch fol. 364. Dod. lateinisch 56. Lon. deutsch fol. 248. Gesn. hort. 259. Cord. hist. 94. Thal. p. 42. Filipendula prima & saxifraga rubra, Tab. lib. 1. fol. 521. Filipendula vulgaris, Eystett. Oenanthe, Fuchs. fol. 562. Cord. in Diosc. 58. Oenanthe filipendula Lob. ic. 729 Oenanthe vulgaris. Adv. Lob. 325. Rother Steinbrech. Tab. Matth. Roth Steinbrech / oder Erdeichel und Erdeiche / Lon. Bey Lautenmühl im Gepusch. Item hinter Fischhausen nacher Lochstatt zu / in montosis.

Calefacit radix, siccatur, aperit, discutit, & parùm adstringit. Lotium movet, calculos atterit, tormina ventris sedat, & epilepticos mirè juvat.

CLXXXII. Filix non ramosa dentata, C. B. Pin. p. 358. Filix mas, Matth. deutsch fol. 539. Dod. lateinisch fol. 462. Fuchs. fol. 595. Adv. Lob. fol. 362. Tab. lib. 2. fol. 471. Lon. deutsch fol. 250. Waldfar / Brunf. deutsch fol. 305. Filix vulgaris Trag. Kyber, in Trag. fol. 546. Filix mas secunda, Thal. p. 43. Filix foemina, Gesn. hort. fol. 259. Cæs. lib. 16. c. 3. pag. 592. Filix mascula, Cord. in Diosc. fol. 76. Cord. hist. fol. 169. Ohnästiges gezähntes Farnkraut. Farnkraut Männlein / Matth. Tab. Lon. Waldfarn Männlein / Fuchs.

Fuchs. Waldfarn Kyber. in Trag. In der Hollen Grund
in umbrosis.

CLXXXIII. *Filix ramosa major pinnulis obtusis non dentatis.* C. B. pin. 357. *Filix fœmina.* Matth. Deutsch fol. 539. Lob. ic. p. 812. Adv. Lob. fol. 362. Fuchs. fol. 569. Tab. lib. 2. fol. 471. Dod. Lateinisch fol. 462. *Filix sylv.* Brunf. Lateinisch tom. 3. fol. 127. *Filix mas major sive fœmina credita vulgò,* Clus. Pann. 705. *Filicis majoris primum genus,* Trag. Kyber. in Trag. 542. *Filix.* Cæs. lib. 16. c. 2. p. 591. Thilypteris *filix fœmina,* Cord. in Diosc. fol. 76. *Filix mas,* Ges. hort. fol. 259. *Großästiges ohngezähntes Farnkraut.* *Farnkraut weiblein/* Tab. Matth. *Waldfarn weiblein/* Fuchs. in der hollen Grund. it. in agris incultis passim.

CLXXXIV. *Filix ramosa pinnulis dentatis.* C. B. Pin. 358. *Filicula petræa fœmina* 4. Tab. ic. p. 794. *Pteridion masculum,* Cord. hist. fol. 169. *Filix fœmina altera tenuifolia,* Thal. p. 43. *Kleinästiges gezähntes Fahrn-Kraut.* *Klein Steinfahrn weiblein.* Tab. *Im Neuhauschen Schloß-Grazben in saxis muscō obsitis.*

CLXXXV. *Filix palustris maxima.* Joh. Lœs. Radix rotunda, quæ dissecta genuinæ aquilæ figuram exhibit. Herba in pollinem acta, & vulneribus inspersa, vulnera solidat. Hinc pecori & armentis perutilis est herba, in mixtu sangvineo, certissimo rusticis remedio. Wenn es frisch/ ist es grün/ wenn es trocken/ wird es braun. Wächst im Löbnicht-schen Walde im Elren-Bruch. *Filix palustris maxima dentata,* C. B. in Prodromo. Radix dissecta, formam semihominis & literas C. I. exhibit. *Gezähntes Wasser-Fahren-Kraut/* so hoch wächst.

CLXXXVI. *Filum marinum.* Joh. Lœs. *Meersfaden oder*

oder Meerstrang. Ejectamentum hoc maris chordis seu filis sonantibus assimile est formâ. Constat autem ex longissimis filis, crassis, rotundis, concavis, multifariè inter se complicitis, ac viscoſo qvôdam humore inunctis : quæ exſiccata partim ſubflavescunt, partim nigricant, viſciditate prorsus exutâ. In littore maris bey der Wange.

CLXXXVII. Folliculus marinus. Joh. Lœſ. **Waffer-Gall.** Lacus Curonicus hujusmodi ejicit folliculos, rotundos, membraneos, aqvâ turgidos, qui ſiccati planiſſimi ſunt & viridantis coloris.

CLXXXVIII. Fragaria vulgaris C. B. Pin. 326. **Fragaria.** Trag. Seb. in Trag. **deutsch** 398. Matth. Bauh. in Matth. fol. 721. Fuchs. icon. pag. 487. Lon. **deutsch** fol. 242. **Erdbeer-Kraut**, Brunf. **deutsch** fol. 200. **Fragaria & Fraga.** Lob. ic. pag. 697. Lob. obs. fol. 396. Dod. **Lateinisch** fol. 672. **Fragum** 1. & **Trifolium frugiferum.** Tab. ic. p. 118. **Fraga fructu rubro** Eykett. **Fragula** Cord. hist. fol. 173. **Fragaria major**, Thal. pag. 43. **Erdbeer-Kraut**/ Matth. **Erdbeer.** Tab. Lon. **Ge-meine Erdbeer** Thal. **Fraga circa festum Pentecostes** jam maturrima, vindemiam pollicentur uberein. In sylvis & locis apricis paſſim.

CLXXXIX. Fragaria caulinis maximè reptantibus. Joh. Lœſ. **Weitkriechend Erdbeer-Kraut.**

Radix multò capillitiō fibrata, & ex atro ruffa, caulinos spargit horum vorsum teretes subrubicundos hirsutos quatuor & plurimum ulnarum longitudine, lumi jacentes, & ex intervallo radicationem filamentis suis multoties iterantes, ac nova subinde folia excludentes, hirsuta, per ambitum incisa, supinâ parte incana, pronâ viridia, ætatis tractu rufſcentia. **Anſſ der Eurischen Nährung** / in pago Lattenwalde.

CXC. Fraxinus, Brunf. Lateinisch Tom. 3. fol. 237. Lon.
 deutsch Trag. Sebitz. in Trag fol. 888. Dodon. latin. fol. 833.
 fol. 66. Lob. ic. pag. 107. o. Adv. Lob. fol. 415. Matth.
 deutsch fol. 39. Gesn. hort. fol. 259. Tab. lib. 3. fol. 722 Fra-
 xinus excelsior. C. B. Pin. 416. Eschbaum. Tab. Deschen-
 Baum. Brunf. Eschern-Holz. Seb. in Trag. Esch-Baum.
 Eschern/ oder Steinäschern/ Lon. Eschren-Baum/ Matth.
 auff den Huben. Ejus fructus vel semen officinis lingva avis
 & lingva passerina nominatur. Calefacit & siccatur, lotium
 citat, ac Venerem stimulat. Cortex & folia cum moderato
 calore efficaciter siccant. Τυρέυματα τὸ ξύλον, ligni ra-
 menta potu exitiosa credi tradit Dioscorides. Sunt tamen,
 qui decocto ejus vice ligni Gvajaci felicissimo utuntur succe-
 su, autore Cæsalpino. Vulnera quoq; consolidat, Lignum certò
 tempore ab arbore resectum, vulnera cruentatum, ac debitè
 post tractatum. Cæditur circa Festum Divo Johanni sacrum, 3.
 vel 4. à novilunio die. Alii refecant tempore Solstitii æsti-
 valis in ipso meridie. Sunt, qui id factitant ante exortum
 Solis ipsò Baptista die veteris styli. Modus facilis est: Li-
 gnum fraxini, orientem versus ab arbore pendens, ante Solis
 exortum, die Johannis Baptista, cædatur unicō ac fervido
 iectu. Catamitus vel venereus haut sit, qui cædit. Decorti-
 cans ita lignum servet, ne vel humectetur, vel à muliere, men-
 strua solvente, contrectetur. Usus: Ensiculus seu ferrum,
 quod quis vulneratus, acie suâ singulis diebus per lignum sæpiùs
 traducatur, lignum loco blanditer calido ac terso servetur,
 vulneratae parti curationem brevi spondens. Stupendum
 quid est, lignum ferrò oblidenti semel inductum, improviso
 vulnerum hæmorrhagiam ac dolores sistere. Hiantia vulne-
 ra fraxinei ligni interiore cortice deligata, ita angustantur, ut
 futurâ opus haud sit.

CXCI.

No. 15, ad pag 77.

Fucus marinus Πολυχίος



Fucus fastigiatus L.

SPONTE NASCENTES.

77

CXCI. **Fucus marinus* πολυχιδης. Joh. Lœsel. *F. fastigiata*
Rundblätteriges / und in der Spitz zweyspaltiges Meer-
Grass. Est *Fucus seu Alga exigua dichotomos foliorum segmentis*

Fucus hic littore maris ejectus subviridis est, mox siccatus lis erapis & su-
horridum nigrorem induit. Ex rotundisculis filamentis Ray syn: 4.
constituitur, quæ in progressu multifariam dirempta, tan-
dem in extremitate ut plurimum bifida redduntur. Radix
capillamentis tenuissimis & numerosis constructa est, quæ
implicatione variâ invicem firmissimè cohærent. Circa lit-
tus maris passim.

CXCII. *Fumaria*, Trag. Sebiz in Trag. deutsch fol. 86. Cord. in Diosc. fol. 70. Fuchs. fol. 338. Lon. deutsch fol. 202. Dod. Lateinisch fol. 59. Gesn. hort. fol. 259. Capnos fumaria. Adv. Lob. fol. 338. *Fumaria fumus terræ*, Matth. deutsch 507. *Fumus terræ*, Brunf. Lateinisch tom. 1. fol. 99. Thal. p. 43. Cam. hort. 62. *Fumaria officinarum & Dioscoridis*. C. B. Pin. 143. Erdrauch/ Fuchs. Seb. in Trag. Erd-
rauch/ Tauben-Kropff Matth. Erdrauch/ Tauben-Kropff/
Käzenkörbel-Kraut/ und Feld-Kraut/ vulgo inter segetes
nach Lauten Mühl zu.

Fumaria sub elevatione poli 45. 46. 47. 48. 49. efficax.
Colligenda Ole 1. II inhabitante, ac recens usurpanda.

CXCIII. *Fumaria bulbosa radice cavâ major*, C. B.
Pin. 143. *Aristolochia rotunda*, Brunf. Lateinisch tom. 1.
fol. 49. *Aristolochia rotunda vulgaris*, Trag. Seb. in Trag.
608. Gesn. hort. fol. 248. *Aristolochia rotunda vulgaris*, Fuchs. Cam. hort. 21. *Pistolochia* Fuchs. fol. 91. Ra-
dix cava major, Dod. Lateinisch 327. Clus. hist. libr. 2. fol.
271. Radix cava Herbariorum, Lob. ic. pag. 759. Adv. Lob.
fol. 338. Radix cava. Clus. Pann. pag. 242. *Fumaria altera*

K 3

Matth.

Matth. Bäuh. in Matth. fol. 807. Aristolochia vulgaris flore purpureo, Eystett. Capnos, sive capnium phragmites majus & Pes Gallinaceus Cord. -in Diosc. fol. 70. Chelidonia phragmitis altera, Cord. hist. fol. 122. Radix cava herbariorum, sive Aristolochia flore purpureo, Floril. Swert. part. 2, fol. 7. Capnos chelidonia, Lon. deutsch. 162. Leontopetalon alterum, Cæl. lib. 6. c. 75. pag. 270. & 271. Runde Hollwurz das Weiblein. Brunf. deutsch. 147. Groß Erdrauch mit runder holer Wurzel. Rund Hollwurz/ Seb. in Trag. Fuchs. Gemein Hollwurz/ Lon. Hollwurz/ Bibewurz/ und Hirsch-Kraut/ Brunf. Radix insigni est amarore. Calefacit, abstergit, mundat & adstringit, sudores lotiumq; movet, ac ulceræ sanat sinuosa, durities quoq; & tumores inveteratos faucium ac tonsillarum discutit. Officinæ radice utuntur loco Aristolochiæ rotundæ veræ, quæ foliis crescit hederæ, aut brassicæ marinæ in Montanis Montis Pessulanii. Hinter Neuendorff im Walde.

CXCIV. Fumaria bulbosa, radice non cavâ. C. B. Pin. 144. Aristolochia rotunda vulgaris radice majore solidâ Trag. Kyber. in Trag. 766. Chelidonia capnitis radice nigrâ, Thal. pag. 33. Aristolochiæ rotundæ fabæ altera species solidâ, Gesn. hort. 248. Aristolochia rotunda flore albô, Eystett. Capnos sive capnium phragmites minus, Cord. in Diosc. fol. 70. Erdrauch mit runder dichter Wurzel. Runde feste Hollwurz. Solidâ quæ est radice, nunquam reperitur illis in illis, ubi fumaria radice cavâ pullulat. Diversum namq; amat solum. Semen potum herniosis pueris commendatur. Hinter Brandenburg auff dem Lenzken-Berge. Item in der Hollen-Grund. Erumpit primò vere, ubi

suum

*suum tireli tiritirlire tractim
Candida per vernum ludit alauda solum.*

CXCV. Fungus vescus I. Joh. Lœf. Fungi favaginosi, sive fungi rugosi favis mellis similes, Lob. ic. 274. o. Morcheln. Fungus est vernalis, rugosus, cute membranacea, in cellulas fari instar distincta, capitello & petiolo, quo sustinetur, concavis. In frusta concisus, lotus, ebullitus, expressus, & in sartagine cum butyro frixus, delicatulum est ferculum, & ex fungino genere optumum. *Im Morungschen.* it. im *Ortelsburgschén.*

Hunc & alios fungos, tanquam *νωγαλένυματα* seu lauta edulia sumentes vulgus indoctum apud Borussos vinum bibere jubet, legem Zaleuci flocci habens, *ne quis injussu Medici vi- no utatur sub pœna capitū*, quæ Locris Epizephyriis duntaxat posita. Idem Medici svadent, sed *ἀκρατέστερος* vel meracius vinum eligunt, jubentq; *τερπεζοποιάς* mensarum struētores, fungos apponant ante alios cibos. Crescunt in agris mense Aprili & Majō. *zu Robitten.*

CXCVI. Fungus vescus II. Fungi 4. genus. Trag. Seb. in Trag. deutsch fol. 736. Capreolini Tab. lib. 3. fol. 814. Reizken. Duplex est, in pinetis alias, alias sub abietibus. Uterq; totus est flavus, capitello inferius striato, succum fundens croceum & acrem. Ille crassior est, & oras habet saepiusculē rursum reflexas, hic tenuior: utriusq; capitulum saepè nonnihil æruginosi suprà in meditullio obtinet, saepè etiam albicat. Repperi eundem quoq; inter juniperi fructeta. Puteo dum anima intertrahitur, pauxillo ejus abluuntur, elixantur, mox abjecto jure de integro cum cepis coquuntur, tandem coctione absūptā aquâ, cum butyro & pipere friguntur. Itali abjectis petiolis, eorum cavo oleum affundunt,

*Fungorum pluri-
Loeseliæ recensit:
alios ab Aut-
oribus reduci-
nec dum sah-
minati, ad aliud
remittit.*

dunt, additō sale & pipere, & in craticulis vel prunis integros assant. Sæpius ebulliti, Sale conditi, ac ligneis inclusi vasculis, venundantur in forð. Minusculi autem delicatissimi sunt, grandiores, quorum diameter secuncialis sæpè, viliores.

CXCVII. Fungus vescus III. Joh. Lœf. Stein-Reiß-
fen. Capitellum hujus suprà flavescit, & sæpè contortulum
est, infrà albescit, sulcis veris destitutum, sed non nihil inæ-
qvale. Substantiâ est crassiore, & solidiore, pediculô crassio-
re, flavo. Frequentissimè aliquot connascuntur, figurâ pror-
sus inæquali. Succum reddunt copiosum croceum & acrem.
Unam ex his prorsus degenerem vidi, ἄκαυλον, sex uncias
longum, cymbii formâ, substantiâ crassitudine unciali, & so-
lidâ, quæ diffracta æruginosi quid contraxerat. Inter abie-
tes. Minutal horum in sartagine frixum, sapore & melius est,
nec ita viscosum, ac Capreolinorum. Calculosos juvant ex
vetularum arbitratu.

CXCVIII. Fungus vescus IV. Joh. Lœf. Eich-Reiß-
fen. Duorum generum. 1. superiore parte ex rubro lateri-
tio fuscum, inferiore flavum & sulcatum, pediculô crassô. 2.
Capitellum summâ parte croceum est, imâ ex albo flavescens
& fulcata, sed ex meris tenellulis & profundis plicis consti-
tutum, quod diffractum lacteum, sæpè etiam croceum fun-
dit succum. Pediculus ochræ, vel curcumenæ est colore,
propius radicem crassus. Coctus hic fungus, recens acrimo-
niæ est alicujus, palato ingratus. Lentitemq; seu lentorem
obtinet. *Werden roh gegessen von den Weibern.*

CXCIX. Fungus vescus V. Joh. Lœf. Bruch-Reiß-
fen. Triplex est: Unus supernè ex rubedine & fuscedine fla-
vescit, infernè subalbicat, pediculô flavulô & longulô, geele
Bruch-

Bruchreizke. Alter supernè cœruleus est ex albo cum pediculo, infernè albido, blau **Bruchreizken.** Prior crudus ingeritur à vulgo, & quidem cum sale, uterq; lactescit digitis pressus, & acris est saporis, lingvam vellicantis. Tertius totus est lateritus colore, etiam diffractus, thrysulo unciali, tenui. **Nothe Bruch-Reizken.** Gustu fatuus. Et hic nonnihil lactescit.

CC. Fungus vescus VI. Joh. Lœf. **Geelohrchen/** totus flavescit, strias habet in pediculum radiatim desinentes, nec putrescit, sed ætatis tractu arescit. In senio ubi constituitur, oræ incurvantur, & crispantur, sursum totæ cum reliquâ parte abeuntes. Grati est odoris, & subacris saporis. Muscosa eligit loca betulas inter & abietes.

CCI. Fungus vescus VII. Joh. Lœf. **Süßling/** multi-genus est. 1. supernè balauistii instar rubescit cum petiolo, infernè albicat. 2. suprà ex rubedine fuscus est, infrà albus. 3. superiori parte flavus, inferiore albus cum pediculo. 4. suprà ex viridi totus cœruleus, infrà cum Pediculo candidulus. 5. in meditullio supernè ex viridi cœruleus, circumcirca albus. Priores duo tardius, posteriores citius vermiculantur. Omnes dulcis saporis. In locis uidis: quale solum omnes ferè exoptant fungi. Hinc Aristæus proverbio dixit: *Fungos concupiscit lapidosus ager.* Convenit illis, qui ambiunt & optant, ad quod non sunt apti. Fungi enim nascuntur in molli & humidâ terrâ, non inter saxa. Simile adagium est, *Optat ephippia bos piger.*

CCII. Fungus vescus VIII. Joh. Lœf. **Stöbling.** Fungus est orbicularis & planus, striis parte inferiore ad petiolum longum radiatim excurrentibus, supernè pallidè fuscus, oras versus tenuiter striatus, infernè subalbus.

Tenellus adhuc pileolo ex fusco flavescente, & punctato est suprà. Succulentus & gustu subacriusculus. Cæduis lignis copiosè innascitur.

CCIII. Fungus vescus IX. Joh. Lœf. fungus albus acris. C. B. fungus piperitis, quia instar piperis lingvam vellit, Porta. *Pfefferling* oder *Bitterling*.

De fungis notandum, quod pro incolarum diversitate & regionum diversis quoq; nominibus insigniantur. Nos itaq; & nomina & descriptiones fungorum, prout in nostris terris figurantur & nominantur, hic tantum apposuimus.

Totus est candidus, lacteum succum fundens, ferventissimi saporis. Carpinis & quercubus se associat. Lac ejus cum Syrupo de Altheâ sumptum, experimento certo calcium frangit, & urinam citat. Verrucas aufert illitu.

CCIV. Fungus vescus X. Joh. Lœf. *Herbstling*. Candidus est totus effigie fungi piperitidis. Subacris saporis. Ostryas amat, & qvercus.

CCV. Fungus vescus XI. Joh. Lœf. *Birdling*, Trium est generum 1. supernè ex albo & fusco ruffescit, & lanuginem ostendit circa oras incurvas maximè conspicuam: infernè strias alit subalbidas, & pediculum dilutè ruffescentem. Concisus succum fundit lacteum, acreidine suâ lingvâ maximè vellicantem. 2. Parte supernâ albicat viscoso nonnunquam humore inunctus, oris externis deorsum incurvatis in lanuginem fermè abeuntibus: infernâ parte sulcatur & albicat, pediculô albô fultus. Acreidine cedit priori, & degustantium naribus odorem ireos ferè ingerit. Succus ejus initiò albicat, mox luteolus est, ac sulphuris colore. 3. Dilutè capitello suo parte supernâ flavescit, oris ut in cæteris incurvatis, pediculum versus crassus, infernâ albescit, & totus succum reddit sulphureum concisus, gustu acrem. gelbe *Birdling*.

CCVI.

CCVI. Fungus vescus XII. Joh. Lœs. **Glatting.** Suprà fusci est coloris, infrà subalbidi, pediculo candido. Acris saporis. Aquâ coctus cum pauxillo piperis, salis & butyi, additis cepis non contemnendum est ferculum. In ericetis & locis muscosis.

CCVII. Fungus vescus XIII. Joh. Lœs. **Lahcke/ jure suo Beisserling.** Incurvus est capitello pediculum versus crassum & brevem, supernè ex fusco subalbus, striis infernè albicantibus. Dentibus diutulè comminutus, acris & piperi proximus prorsus igneæ est naturæ, cæteros acumine vincens. Pulpa intus satis firma albicat.

CCVIII. Fungus vescus XIV. Joh. Lœs. **Stein-Pülkē.** Supernè infusci est coloris, infernè candidi, crassiore pediculo. Senescens colorem mutat, & infernè ex viridi flavescit. Substantia ejus solidior est, ac in cæteris fungis. Inveteratus etiam nomen mutat, & vocatur **Rühe-Pülkē.** Fungum hunc κυμινοκίμβιξ ή κυμινοπρίσης auctumni tempore in schidia dissecat, siccatur, usui servat, post ablutum, ebullitum, & in minutal redactum, cum vino, additis butyro, pipere & cepis de integro coquit, ut ferculum existat helluantium, vel potius ex heluco malè habentium. Succus ejus putridus cimices interficit, parietum & lectulorum rimis immissus. Siccatus fungus, aquâ emollitus & impositus tumorem discutit.

CCIX. Fungus vescus XV. Joh. Lœs. **Heide-Stein-Pülkē.** Croceus est parte superiore, & nonnihil maculosus, inferiore itid. flavus & porosus, pediculo longiore flavescente. In musæo meo diem unum servatus totus abiit in succum quendam glutinosum, horridum, atramento prorsùs similem, cui myrias vermiculorum jungebatur. Vulgus proinde temperet gulæ in hoc ancipiti cibo.

CCX.

CCX. Fungus vescus XVI. Joh. Lœf. Kozelarke. Duplex: unus suprà & infrà albicat, puritate suâ haud cedens priori, weiß Kozelarke. Alter parte summâ infusci est coloris, imâ candidi, pediculo candido, maculis quibusdam nigris asperso, ei vocamen: Schwarze Kozelarke. Locis oblectatur muscosis & uidis.

CCXI. Fungus vescus XVII. Joh. Lœf. Rothkopffchen. Pediculo modo crasso, modò longiore, & maculis nigris velut à muscis conspurcato, pileolus insitit ex fusco lateritus, sæpè nonnihil miniatus, infernâ parte candidus, substantiâ durâ, & in senescentibus quasi spongiosâ. Est & aliud genus superiore parte flavescentia, aliquantillum Curcumæ coloris particeps. Pressus re qvâpiam ærugineum quasi quandam contrahit colorem. Graminosum eligit solum.

CCXII. Fungus vescus XIIIX. Joh. Lœf. Ziegen-Pulzke. Duplex & hic est. 1. totus flavescit, pileolo maculis fuscis variato, petiolo longiore, qui interdum aliquid rubedinis contrahit. Tener & uncialis, ubi est adhuc capitello, subtus amœnulé croceus est. 2. superné lateritio est colore, infernē flavo pediculo fultus & subflavescente, & nigris punctis notato. Ericeta & muscosa amat.

CCXIII. Fungus vescus XIX. Joh. Lœf. Astiger Ziegenbart. Ramosa est planta, musci ferè Ceratoidis formâ, caudice suo albicans, reliquâ sui parte flavescentia. Ætatis tractu mutat colorem, & ruffulus seu pallidè incarnatus existit. Im Eichen-Walde in locis incultis.

CCXIV. Fungus vescus XX. Joh. Lœf. Bock. Duplex est, alias Eich-Bock/ alias Hasel-Bock/ quercinus radice alba ex multis latiusculis agglutinamentis, circa oras partim con-

contortulis, partim laceris, imbricatim quasi cohærentibus, constituitur, supernâ parte infuscis, infernâ candidis & spongiosis. Autumno exit, & in tantam sœpè excrescit molem, ut voratus aliquot satiet homines. Aqueus, & gustu subacris. In coryleto natus æstivis diebus, longè minor est, coloris marini, radice candidâ.

CCXV. *Fungus vescus XXI.* Joh. Lœsel. viel koppfigter grauer Bock. Est radice latâ, sessili & albicante, ramuli oriuntur numerosissimi, brachiati, qvorum summitatibus capitula parva, unciam lata, & minora, insident, convexâ parte fusca, imâ sine striis alba, pediculis candidis fulta. Servatus in conclavi aliquot dies, ramusculos inter, & ad radicem teneram quandam acqvirit lanam, eamq; albicantem, quæ pòst horridum induit nigrorem. Gustu acris est.

CCXVI. *Fungus vescus XXII.* Joh. Lœsel. Wörusken. Tenuis est. & infernæ coloris infusci, supernæ subflavi. Exilis & subdulcis est ligni παρφυὰς in locis uidis, qui omnium cîtissimé pullulat.

CCXVII. *Fungus vescus XXIII.* Joh. Lœsel. Kuhmilden. Novellus adhuc terræ ita affigitur, ut faciem mentiatur crepus lupi, integer namq; est, & infernæ clausus, pediculo brevi. Mox hincit parte infernâ, & pediculo fimbriam relinquit. Strias inferiùs habet infuscas ad pediculum excurrentes, alutamento quasi quodam crasso, & albicante superiùs vestitus, quô abstracto pulpam ostendit albicantem saporis subacris. Fungus hic, & alter piperinus, ubi è terrâ erumpunt, reliqui vanescunt. In locis sœpè stercrosis equorum culpâ.

De hoc vesco fungô idem affirmare nobis licet, quod Doriani tibicini olim de pisce Rajâ. Qvippe dicenti cuidam,

svavem in cibo Rajam esse, respondit ille: perinde ac detrito pallio si quis elixo vescatur.

CCXVIII. Fungus vescus XXIV. *Schweinichen*. Parte superiore ex albo fuscus existit, inferiore candidus, sulcis ad pediculum excurrentibus, qui longior est ac colore cerussatus. Gustu fere fatuo est. Cuticula capitellum cingens abraditur, antequam in usum trahitur.

CCXIX. Fungus vescus XXV. Joh. Lœf. *Pömpchen*. Tenellus ac recens adhuc, fastigiatus leviter est parte supernâ rufula splendente, ac madidâ pingvi ungvine, tunicâ cinctus parte infernâ hymene seu membranulâ albicante clausus, quâ ruptâ flavescens ac porosa visui ingeritur pulpa. Fractus, aut tunicâ suâ, quæ levi brachio abstrahitur, spoliatus, candidâ intus est substantiâ, ac sapore mucilaginosus. Pediculus in novello longior, & albidi coloris, in senescente subflavus, & maculosus.

CCXX. Fungus vescus XXVI. Joh. Lœf. *Grüßling*. Totus albicat cum pediculo, parte inferiore striatus, & oris incurvis. Acris est, & linguam vellicans. Plebi totus in craticulâ commendabilis. Querceta amat.

CCXXI. Fungus vescus XXVII. Joh. Lœf. *Gänstchen*/ Pol. Prozonke geele *Schweinichen*/ quod & Polonicum nomen indicat. Capitellum ex fusco-viridi flavescens est supra, sulcatum infra & dilutè flavum, cum pediculo longiore. Colorem illum pictores *Schüttgellb* nominant. Condiuntur ut capreolini, & gustu sunt aqvei.

CCXXII. Fungus vescus XXIX. *Abreißchen*. Joh. Lœf. Fungus vetustis lignis assidens est, capitello nunc majore, nunc minore, supernâ parte circum circa pallidi, quandoque atrorubicantis, in medallio subalbidi, & ad flavedinem tenden-

dentis coloris. Ambitus hujus, successu temporis crispari assolet. Inferna capitis pars terram versus foliosa est; foliolis ac sulcis profundis super pediculo ad extimam circumferentiam excurrentibus, fusci coloris. Pediculo nititur rotundo, striato, partim albi, fastigium versus, partim ex ruffo fusci, radicem versus coloris. Aqvosi & ad acredinem quandam tendentis est saporis. Edulium saepius à me esitatum nec contemnendum, si elixatus abjecto jure iterum coqvatur, cepis priùs quoq; coctis, pipere & butyrò adjectis. Crescit mense junio.

Cæterū omnes fungi vesci parcè ingerendi, cum terræ sint ulcera, & succi pravi. Aristonicus olim legem tulit, de piscatoribus, 1.) si plus licerent pisces, in carcerem deducerentur, relictis in foro pīcibus, ut marcescant, nec venundari possint. 2.) ne sedentes vendant pisces, sed recti stent perpetuò. 3.) ut appensis tabulis pretium scribant, quō ci- tiūs mercaturi reverterentur domum. Fungivendis vetulis lex imponenda, ut non nisi prægustatos à se venditent fungos ingenti pretiō, tabulasq; in forum adducant hortatrices:
Ab ancipi cibo abstinentum omnino!

CCXXIII. Fungus non vescus I. **Schwarzer reh-haa-richter Fliegen-Schwam.** Pileus, cuius diameter septem uncianum, parte superiore fuscus & scaber est: inferius cinereus pilosus, pilis suis capreoli animantis prorsus similes, pediculo biunciali crasso, & cinereo nitri capite. Hunc & subseqventes qui degulant fungos, fungi sunt, h. e. stulti & stolidi, quibus remedio est illud, de quo Bubikir Zachariæ Errasis filius in volumine, Elhavi seu continens in scripto, lib. 21. c. 1. num. 25. *Stercus humanum, inquit, sumptum per os curat nocumentum eveniens ex usu fungorum lethalium.*

Volu-

Volumen hoc Brixiae impressum est per Jacobum Britannicum Brixianum anno 1486, nec citatum planè (quod minor) in Bibliothecâ universali à magno Gesnero.

CCXXIV. Fungus non vescus II. Rother *Fliegen-Schwam*. Capitulo est summâ parte miniatuli, vel balaustini coloris, numerosis maculis, iisq; albis insignito, infimâ parte candido, & striato, pediculo crasso, rubente & sœpè fimbriato. Maculæ nil nisi partes membranulæ sunt senescente fungo laceratione factæ. Credo fungum tenellum adhuc totum membranulâ albâ vestiri, quæ paulò pôst in plusculas disrumpitur partes, fungo augmentum intumescendo sumente. Subtus interdum ex albo flavescit cum pediculo. Loca amat fungorum der *Stein-Pilzchen*. Siccatus & aceto rursum mollitus, utiliter peste laborantium imponitur tuberculis. Fungo hoc non ita pridem sex Lithvani in Districtu Insterburgensi suffocati. Fortè, & Evripides poëta in Icarum profectus, hujus fungi esu uxorem cum duobus filiis adultis, & unâ puellâ olim amisit. Quo de spolio seqvens epigramma composuisse fertur ab Eparchide:

*O Sol, qui sempiternum cœli verticem peragras,
Adeone indignum facinus oculis tuis antehac conspexisti?
Matrem, virginem filiam, & fratres duos consanguineos,
Eodem die fato ereptos.*

Hinc Junius adagio: *tanquam fungus suffocat*.

CCXXV. Fungus non vescus III. Geeler *Fliegen-Schwam/ Eichen-Fliegen-Schwam*. Totus est croceus, maculis purpurascenscentibus in pileoli parte superiori intercurrentibus, pediculo crassiore. Inter abietes & qvercûs.

CCXXVI. Fungus non vescus IV. *Hasel-Fliegen-Schwam/ Grau-Fliegen-Schwam*. Capitellum parte supernâ

pernâ murini ferè coloris, infernâ subalbum, & sulcatum, pediculo crasso. Diffractus pulpam intùs ostendit niveam. Capitellum est ex fuscō murinum suprà, frustulis membranaceis, & punctulis quibusdam constans. Oræ ejus sæpe sursum ita abeunt, ut tubulum quasi quandam exhibeant.

CCXXVII. Fungus non vescus V. *Weisser Fliegen-Schwam*. Albicat suprà ex dilutâ flavedine, infrà prorsus nivei coloris, & pediculo nititur longiore, albicante & fimbriato.

CCXXVIII. Fungus non vescus VI. *Heide Fliegen-Schwam*. Triplex est: supernè ex albo flavus, infernè fuscus, strias habens, pediculo crassiore & subalbo, in summo velut fimbriato. 2. Suprà ex viridi albicans, infernè candidus, pediculo ad capitellum fimbriato. 3. Supernâ parte flavus, infernâ albus, pediculo flavescente. Muscæ hos & antè recensitos amant fungos, sed cum exitio.

CCXXIX. Fungus non vescus VII. *Weisser Kölben-ähniger Fliegen-Schwam*. Typhæ palustris ferè est capitulo, rotundato, oblongo, unciarum quatuor longitudine, duarum crassitudine, foris tunicâ pallente primùm cinctus, quâ disruptâ incrementis augescente fungo, pluscula frustilla, tunicæ pileolo albido adhærentia advertuntur: intùs initio albulus est, mox horridè nigrescit sulcis suis, oris laceris, ac fimbriam pediculo relinquentibus, sursum actis, ac latum capitulum efformantibus. Petiolo nititur longiore, semunciam crasso, albicante. Graveolentiâ totus est molestus.

CCXXX. Fungus non vescus VIII. *Schwolstspülzken*. Totus candidus, pediculo imâ parte crasso. Digitis pressus exemplò colorem acqyirit cyaneum, visu eleganssimum. Italis *azurro oltramarino* dictum. Diutulè durat,

rat, nec facile corruptitur. In sylvis abiegnis. Siccatus, aceto maceratus, & carbunculis pestilentibus affirmatus, venenum certo experimento evocat.

CCXXXI. Fungus non vescus **IX.** *Blutpulzken.* Crassus est, hepatis ferè effigie, initio foris albicans, post manibus contrectatus rufescens ac tenuissimis maculis sanguineis insignitus. Dissectus pulpâ est rubicundâ, quæ digitis pressa, succum reddit sangvinolentum, loturæ carnium assimilem.

CCXXXII. Fungus non vescus **X.** *Holzschwämme.* Capitulum summâ parte luridum est, cum pediculo propè terram crasso, infimâ subalbum. Lignis assistit, in cæduis sylvis.

CCXXXIII. Fungus non vescus **XI.** *Holz-Geelchen.* Arborum trunculis adnatus, nunc ex flavo albicat, nunc totus flavescit, & capitulo superius est molli velut alutâ investito, inferius copiosis villis instructo, thrysulo longiore.

CCXXXIV. Fungus non vescus **XII.** Fungus ovatus, & crepitus lupi, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 737. Fungus glomeratae rotunditatis, Lob. ic. p. 275. o. *Wettersfist / Pawenfist / terrâ primùm erumpens eximii candoris est, post pallescit, & fuligine quasi obducitur.* Tener adhuc pulpam intus habet caseosam feré, quæ tractu ætatis in fumanem abit pulverem. In cæduis sylvis & siccioribus pratis. *Am Kneiphöfischen Wall aufm Haberberg.* Fungum hunc repperi insolitæ magnitudinis, cuius perimeter cubitum, ac duos quadrantes superabat. Sancte mihi est contestatus chirurgus quidam, fungum hunc se repperisse aliquando, tricubitali in ambitu crassitudine. Fungus hic,

hic, ubi putret, ac in furno siccationem sustinere cogitur, fœtorem initio naribus injicit, qualem asellantis πυρδὴ τεχνιλον ιεῖσα μέλο. Ab eo fortè vocamen *Pofist*, vel *Pawenfist*. Pulverulenta ejus substantia cum pauxillo vitrioli albi, beneficio calami scriptorii, jumentorum oculis immittitur, lippitudine discruciatis. Hæmorrhoides, & sanguinem undecunq; fluentem sistit, partesq; sanat ulceratas. Vitulis ac jumentis communiter porrigitur, diarrhæâ infestatis.

CCXXXV. Fungus non vescus XIII. Fungus virilis penis arrecti facie, Lob. ic. 275. o. Fungus fœtidus penis imaginem referens, C. B. Pin. 374. Fungi perniciosi 23 generis, species 5. Clus. CCLXXXVII. *Pintchen* / *Erdschmeer*. Tuberis facie primùm emergit, post ruptâ extimâ tunicâ colles exilit albus, glande instructus suo, ex atro virescente. Muscæ eô gustato intereunt, cuius causâ honoratur hic phallus à vetulis. Olim alteri phallo alias habebatur honos. Figuram membra virilis priscis temporibus, mense Augusto, matronæ divinis colebant honoribus, eam extrâ portam Collinam, ad ædem Veneris, cum pompa sacrorum deferentes: mox à castissimâ & spectatæ pudicitiæ matronâ, præter matronale decus, in sinum Veneris dabatur. Vide Christoph. Landinum in Georg. Virgilii fol. 47. p. 2. Divum Augustin. de civitate Dei lib. 7. c. 21. Gyraldum item de Diis Gentilium, Arnobium, Tertullianum, Lucanum, & Lactantium. Bacchi etiam festa dum celebrabantur, virile membra plaustro per forum vehebatur, cui matronæ spectatæ pudicitiæ, velut sancto numini coronam imponebant.

CCXXXVI. Fungus non vescus XIV. Fungus membranaceus auriculam referens, sive sambucinus, C. B. Pin.

372. Fungus ad sambucum. Trag. Kyber. in Trag. 941. Fungorum perniciosorum 1. genus, Clus. hist. CCLXXVI. Auricula Judæ vulgò. Hollunderchwäm / Flöderorchen. Membranaceus est, ac sinuosus, coloris ex cinereo nigricantis. Arboris caudici innascitur, dum folia erumpunt. Siccat, adstringit, & in tumoribus, ac inflammationibus faucium, oculorum & aliarum partium perutilis, mollescit, aquâ maceratus ac intumescit.

CCXXXVII. Fungus non vescus XV. Straßling. Exilis est fungus capitulo unciali, totus subalbus, lentâ & alutaceâ substantiâ, infrà sulcatus, pediculo rotundo & oblongo. Unus alteri sâpe & capitello & radice connascitur.

CCXXXVIII. Fungus non vescus XVI. Gefrausier Ziegenbart. Ramosus non est, velut alter edulis, sed ramlorum loco membranulas obtinet anfractibus multis, tortuosas & sinuosas, visu elegantissimas, agninas lactes apertus jam & in globum convolutas effigie suâ imitantes. Foris subflavus est, intus candidus, radice crassâ. Inter corylos.

CCXXXIX. Fungus non vescus XVII. Mäusörchen. Suprà & infra ruber est ac lavis, pediculo tenuissimo fili instar, lignis vetustis annatus, in locis graminosis.

CCXL. Fungus non vescus XVIII. Hasen-örchen. Fungus est, externis folliculis circa extrema & connatis & hiantibus sursum prorrectis constitutus, foris exfuscus, intus albus, thrysulo unciali, sâpe & productiore, ex fusco albicante. Tota planta concava est pediculo, ferè tiaram referens. Octobri mense collecta, quæ vernô tempore inter abietes provenit.

CCXLI. Fungus non vescus XIX. Schlangenpütz-cken.

Cfen. Orbiculare est capitellum suprà ex fusco glaucum, versùs oras nonnunquam striatum, infrà cretaceum & sulcatum, petiolo longiore albo non cavo.

CCXLII. Fungus non vescus XX. **Grosser Krottenstuel.** Variat. 1.) latitudine secunciali est, caput orbiculare, suprà ex fusco variegato flavescentis, infrà ex aquilo fuscum, plicaturis latiunculis, ad pediculum longum ex fusco-flavo rufescente abeuntibus. 2.) Pileus, cuius diameter sexuncialis, suprà ex flavo albicat, & alutamento quasi quodam vestitur, oris deorsum inæqualiter & sinuosè flexis: infrà striis ad pediculum brevem excurrentibus, colore ex fusco flavo. 3.) Capitulo, cuius diameter quatuor unciarum summâ parte est ex fusco lateritio, oris in tenello pediculum versùs magis inflexis, in adultiore minus: imâ sulcato, & ex fusco viridi: petiolo in juniore albicante, in seniore ex fusco rufescente & splendente. 4.) Biunciale ejus capitulum suprà ex fusco album, infra pallidè striatum, & pallidè fuscum cum pediculo.

CCXLIII. Fungus non vescus XXI. **Klein Krottenstuel.** Fungus est unciali capitello, & minore pediculo longiore. Ejus aliquot species. 1.) totus ex albo violaceo fuscus, infrà striatus, caule non cavò. 2.) superiori parte ex violaceo albicans, inferiore violaceus, petiolo non cavo. 3.) capitello rotundisculo, subalbo, infernè rufulus seu ex albo incarnatus. 4.) Supra ex albo flavus, & velut alutamento quodam investitus, infrà ex cinereo fuscus. Senescens parte inferiore prorsus infusci est coloris. 5.) totus ex croceo rufus, pediculo longiore contortò. 6.) Croceus ex toto, pediculo longiore recto. 7.) capitello suprà candidus, oris sursum reflexis subalbidis, infrà striatus & albus. 8.) Su-

prà subalbus ac lèvis, infrà sulcatus & candidus, thyrsulo nonnihil incurvo. Sui generis adstites habet sæpiusculé sibi annatos. Omnes in locis incultis beym Penartischen Walde.

CCXLIV. Fungus non vescus XXII. *Groß Poggensuel.* Capite est suprà albido, infrà horridè nigro, petiolo longiore candido. In simetis & agris. In agro enatus orbes nostros majores magnitudine exæqvat.

CCXLV. Fungus non vescus XXIII. *Klein Poggensuel.* Exilis est fungus & varius. 1.) totus ex flavo fuscus, infernè sulcatus, pediculo longiore non cavo. Cum vitriolo coctus in elephantiasi & scabie foëdâ à vetulis extollitur. Sæpe ex butyro frixus illinitur in achoribus & malignâ capitis scabie. 2.) Ex fusco cinereus suprà, infrà ex atro fuscus, petiolo longiore tenui & concavo. 3.) in primâ ætate totus subalbus, post ex cinereo fuscus, pediculo longiore, tenuissimo & concavo. 4.) Capitello est suprà ex fusco flavescente, infrà striato, consimilis coloris, thyrsulo longiore subcroceo. Omnium capitella nonnihil fastigiantur.

CCXLVI. Fungus non vescus XXIV. Fungus παλυκέφαλος caulibus ad radicem connatis. *Bieltöpfcheter Poggensuel.* Ex numerosis constituitur fungis (viginti sex semel, semel quadraginta tres connatos notavi magnitudine differentes) concursu pedicularum unam radicem exstruentibus: Petioli longitudine septem unciarum, crassitudine semunciali, candiduli & contortuli sunt, rotundi partim, partim lati: capitella, quorum diameter sæpe quatuor unciarum, vel longior, cretata veluti suprà existunt, infrà sulcata & albida, quæ altitudo ætatis tractu superiore capitum parte in fuscedinem abit. Radici succus quandoq; adhæ-

adhærescit, qui inficcatus nitet & pellucidus est. **Bey dem Zollhause am Kneiphöfischen Wall.**

CCXLVII. Fungus non vescus **XXV.** Fungus bi-orchis anthracinus, **Schwartling.** Ater est in quercu natu-
tus, gravis, biuncialis magnitudine, ex duobus quasi fungis orbiculatis constitutus, radice brevissimâ. Sauciatus & con-
fossus succum reddit horridè nigrum, gustu modicè adstrin-
gentem. Ad lancem recens positus drachmas quinq;
pon-
dere exhibuit.

CCXLVIII. Fungus non vescus **XXVI.** Fungus tu-
rundæ effigie langlächtiger **Klößchen-Schwam.** Biuncia-
lis est altitudine, oblongus, subrotundus, digitæ minimi cras-
itudine, totus infuscus, radicem versus curta attenuatus.
Pennato musco annatus. **Hinter Lattenwalde im Gebirge.**

CCXLIX. Fungus non vescus **XXVII.** **Reizkenblüt.**
Capitellum ejus orbiculatum, ligneolæ ferè est indolis, parte
superiore circinationes quasdam exhibens, ex albo fusco
flavescentes. Inferius tenuiter porosum est, ex fusco subal-
bum, pediculo unciali, biunciali & longius producto, ex
fusco flavescente fultum. Morbidus aliquando fungus, & ad
interitum vergens, suprà viridiusculus est maximam partem,
infrà infuscus.

CCL. Fungus non vescus **XXVIII.** **Boletus cervinus**
communis officinarum. **Gemeine Hirschbrunst / Steinpülz-**
ken / Blüht Fœmellis. Fungus est $\sigma\varphi\alpha\rho\omega\eta\varsigma$, maculosus
& subalbus, biunciali magnitudine, saepe & major, petiolo
carens. Interior pulpa nigricat, & compactior est primi-
tus, post in fuliginem abit. Repperi ex his unum candidâ
prorsus intus substantiâ, cuius frusta chartâ involuta, post
croceo tingeantur colore unâ cum segestri. Existimo im-
maturum

maturum illum fuisse. Terræ affigitur crepitūs lupi instar. Libram unam horum fungorum à Belgis quatuor florenis redimunt nostrates, à fungivendis vetulis hic locorum quatuor grossis impetrandam. Αφροδίσιον quid est, sicutq; sanguinem pulpā vulneri immissā. **Bey Selnicken** in locis muscosis.

CCLI. Fungus non vescus **XXIX.** **Wässerichter Galretschwam.** Pediculo crasso, anguloſo, plura iſſiſtunt capitula crassa, ſemicircularia, ſinuata, ſupernè ad fuſcedinem abeuntia, infernè veluti pilis albicantibus obſita. Totus pellucidus eſt carnium instar galredæ lentiſ, viſcidus, aquoſus. Putrido ligno abiegnō adnatuſ Octobri Mense. **Im Löbenichtſchen Walde.**

CCLII. Fungus non vescus **XXX.** Flos arborum fungo affinis, **Zauber-Butter** Vetulis. Cremore eſt initio fluidus ex putrilagine abietis natuſ, curcumæ colore ſiccatus amoeniſſimè flavescit, & ſpongiosus nonnihil eſt. Colorem pictoriibus ſuppeditabit. In Sylvâ Lœbnicensi mense Octobri.

CCLIII. Fungus non vescus **XXXI.** Fungus racemosis vetuſtis ligniſ adnatuſ **Poggenaug.** Fungulus, eſt minutus globosus, ſociennos multos racematiſ ſibi cohærentes habens, colore ex atrō fuſcus, punuliſ minutissimiſ inſignitus. pediculo nullo. Fractuſ pulviſculuſ, tunicā incluſum ſuā, viſu elegantiſſimum offert, pallide purpureuſ, qui cum oleō ſubactuſ hepatarius fit colore.

CCLIV. Fungus non vescus **XXXII.** Fungus granulosus corallinus. **Körnichter Corallenſchwam.** Fungus omnium tenerrimus eſt, rotundulo capitello, thyrsulum, versuſ longeſcente, papaverini ſeminis magnitudine, Coral-

lli qvidem colore, sed multò amoeniore, incarnato, pediculo curto & tenui, fili instar. Socienos numerosos aetè sibi adjunctos habet, in natali ligno putrido. Succo intus turgidulus est, pictoribus commendabili.

CCLV. Fungus non vescus XXXIII. Fungus granulosus incarnatus. Körnichter Fleischfarber-Schwam. Priore grandior non nihil est, pileolo rotundo, incarnato, minutis seminis magnitudine, intus cavo & subalbo, pediculo pertenui candido. Numerosæ annascitur terræ muscum inter pyxidatum.

CCLVI. Fungus pyxioides coccineus XXXIV. Schr-lach-rother Büchsenschwam. Coryli, aliarumq; arborum ramulis cæduis putrilaginem minitantibus insidet, effigie pyxidulae minutæ, intus coccinei, foris subalbidi coloris, pediculo exili. Repertus mense Febr. 1648. in der Hollen-Grundhyeme aurâ maximè blandiente, quæ flores asaro, erygero, taraxaco & consimilibus plantis, hoc tempore indulserat, præcoquam maturitatem & aëris ferventias omnibus cum stupore admirantibus.

CCLVII. Fungus non vescus XXXV. Fungus cuculatus. Kappenschwam. Cæduo & putrido ligno adnascitur serie quâdam, cuculli alicujus aut pallii muliebris forma, foris candidus, lanuginosus, intus ex albo flavescens, & rugosus. Totus lentus ac gustu fatuus.

CCLVIII. Fungus non vescus XXXVI. Fungus farreus. Mehlschwam. Ex multis frustis latis, scabratis ac camuris, imbricatim sibi adjunctis, coassatur, annosis assistens arboribus, foris subflavus, intus candidus, qui levî manu in pollinē farinæ prorsus similem atteritur, solidandis ulceribus, additis aliis, misericè utilem, veterarum experimento. Im Löbenichtschen Walde in den hollen Eichen. N CCLIX.

CCLIX. Fungus non vescus XXXVII. Fungus lignosus pediculo longiore. **Holz-achtiger Schwam** mit einem langen Stiel. Vetustis & aridis insitit lignis, capitulo supra scabro, fusco, at in meditullio saepe fossulum, cavum illud umbilici, quod γαγγαμων dicitur græcis, repræsentantem, oris sursum reflexis fimbriam facientibus: infrà striis ad pediculum excurrentibus, spithamum longum & productiorem saepe, qui infimâ parte crassior, & tactu holosericus. Duos foris alveario adnatos domi servo.

CCLX. Fungus non vescus XXXVIII. **Scheibenbüchsen-Schwam.** Truncis adsistit semicirculi formâ, summâ parte circinnatâ, & saepe tuberosâ, imâ venustè foraminulentâ, tortuosâ, plicatili, flexibus labyrinthæis, quos inter minuscula hinc inde granula. Fagorum, quercuum aliarumque arborum οὐρανοῖς. Cum nitro & sulphure diutule coquendus est, ut mollescat. **Wird zu den Scheibenbüchsen gebraucht.**

CCLXI. Fungus non vescus XXXIX. Fungus ~~τυεράδης~~ **Rätsichter Holzschwam.** Fungum hunc, qui domi compluitur, saepe advertit tignis & asseribus suis annatum, rotundum saepe, aut alterius figuræ, solidum foris, lactescens. De homine illo proverbium est: τὸν ἀκόθεν Κρεκχύδην σὺν Θεος ὄικτείης.

CCLXII. Fungus non vescus XL. Fungus arborum lignosus. **Harter Holzschwam.** Tuber est ligneum semi-circuli figurâ, cui novus quandoq; allabens succus incrementum largitur. Foris partim nigricat, partim ex albo flavescit, subtùs candidum prorsus est tuber, & tenuissimè fungosum.

CCLXIII. Fungus non vescus XLI. * **Fungus pyxiodes**

lentifera. L. I.

Nº. 16. ad pag. 98.

Fungus pyxioides seminifer



Peltiza lentiformis L.

Nº. 17. ad pag. 99.
Fungus digitatus alveariorum.



des seminifer. *Kleiner saattragender Büchsenschwam.* Fungus est exilis, asseri vetusto, è pino facto, plerumque (eā sāpē serie, quā spectantur apium locumenta, queis ingeritur mel) annatus, quandoq; etiam terræ assidens, radicatione fibrillis quibusdam tenellulis impetratā. Ubi primum erumpit, capitello est ochræ colore, reliquo corpore incano ac villoso: dissectus pulpā intus est albicante, ostenditq; seminum rudimenta pulpæ ceu matrici suæ inhærentia, quā medullaceā temporis tractu absumptā materie, hiare incipit fungus, & abjecto operculo seu velamine pyxidem, formā refert elegantem, in quā copiosum & aspectu jucundum sistitur seminium.

CCLXIV. Fungus non vescus XLII. *Fungus digitatus alveariorum, das Händchen / das Mütterchen / Pol. Rēnka, Materka Podpora. In apiario, ubi favi, cellæ, seu locumenta apium, quandoq; reperitur fungus, ligno annatus, quem apiarii sacratissimum habent, ac veluti thesaurum pretiosissimum curatè asservant. Figurā sāpius variat: ὡς Πτή τὸ πολὺ, digitatus est, rarius aliā visitur formā. Apud Nobilem quendam ab Aulak inventum eum effigie humanā, rettulit mihi Vir fide dignus. Wulffsdorfio, prædio nobilissimo Illustris Comitis & Burggrabii à Dönhoff, fungum obtineo grandiusculum, mirè digitatum & cornutum, cui in unā extremitate elongatæ, & contortulæ subserviunt portiones, fungos referentes capitatos, pediculis innitentes suis. Birckenfeldiæ duos vidi, ex alveariis primū desumptos, quorum major *xergetoides*, minor *xergeroides*. Major ex admistâ fuscedine albus, intus candidissimus, bicornis erat, uno in latere undecim, in altero novem alia cornicula gestans. Minor fuscus totus, ac eleganti mantis effigie, tuberoso erat pol-

lice, digitis reliqvis parùm incurvatis. Utriusq; substantia mansu lenta, ac gustu fatua, odore iridis Florentinæ, ex mellario primùm petiti. Reperitur plerumq; in alveariis juniorum apum. Ussus. 1. pollen ejus haustus steriles fœcundat mulieres. 2. pueris epilepticis exhibitus fert opem. 3. Potui immissus anginá laborantes juvat. 4. colicâ paſſione discriuciatis præsentissimo est remedio. Ita sentiunt, mellatione qui fruuntur ubere. Adhæc mella & examina copiosa promittit apiariis: Injuriam apum, scilicet exuſtionem, & florum vitiationem avertere nesciens. De exuſtione lex est: si, cum apes meæ ad tuas advolâſſent, tu eas exuſſeris, legis Aquiliæ actionem competere, Celsus ait: 1. si servus ff. ad legem aquiliam. De florum vitiatione id memoriæ proditum est: Pauper & dives in agro vicino erant junctis hortulis. Habebat dives in horto flores, pauper apes: qvestus est dives, flores suos decerpi ab apibus pauperis; denunciavit, ut transferret: illô non tranferente, flores suos veneno sparſit; apes pauperis omnes perierunt. Reus erat dives damni injuriâ dati. Sed hæc obiter.

CCLXV. Gallium luteum, C.B. Pin. 335. Adv. Lob. fol. 358. Gallion luteum, Thal. p. 54. Gallium primum Tab. lib. 1. fol. 536. Galion, Matth. Bauh. in Matth. fol. 793. Galion luteum: Cord. in Diosc. 69. Gallium luteum Lob. ic. p. 804. Gallium flore luteo. Cam. hort. p. 63. Gallii primum genus Trag. Seb. in Trag. deutsch p. 391. Gallium Fuchs. fol. 196. Lon. deutsch. p. 270. Dod. niederländisch 575. Meyer-ſraut. Tab. Lon. Unser Frauen Wegſtroh Fuchs. Wallstroh/ Unser Frauen Bett- oder Wegſtroh Matth. Lobſraut und Raymyrhēn Saxonibus, Gliedſraut vulgò.

Subacris & siccantis est facultatis, Flos in cancro & malignis

lignis ulceribus perutilis: tusus & impositus sacris ignibus medetur; & sanguinis profluvia sistit. Lac coagulat in eodem maceratus. Fotu articulos juvat luxatos. Odore savissimo cœlum pluvium & tempestuosum pronunciat. Savius etiam olet Iride apparente. Ad viarum crepidines saxe.

CCLXVI. *Genista tinctoria Germanica* C. B. Pin. 395. *Ferula Trag.* Seb. in *Trag. deutsch* / 480. *Genista tinctoria vulgaris* Clus. hist. lib. 1. fol. 101. *Genista tinctoria*, Dod. lat. *lateinisch* fol. 763. *Genistella infectoria vulgi*, Lob. ic. pag. 89. o. *Genistella tinctoria* Tab. lib. 3. p. 803. *Tinctorius flos*, Fuchs. fol. 808. *Flos tinctorius* Lon. *deutsch* fol. 138. *Coroneola*, Cæs. lib. 6. cap. 39. p. 251. *Geel-Färbkraut* / Lon. *Klein Farbpfrimmen*. Tab. *Geel-Färberblumen und Heydenschmuck* / Seb. in *Trag. Gilblum* Fuchs. *Galeise opilionibus*. *Gens* oder *Genser vulgo*. *Calfacit* & *siccatur* ordine secundo, maximè semen, quod gustu est amaricante. Lineas & laneas vestes tingit flos, hinc & *tinctorius* nominatur. *Bey Morungen copiosè*.

CCLXVII. *Centiana minor* sive *Cruciata*, Lob. ic. p. 188. *Madelgeer* / Brunf. *deutsch* fol. 139. *Cruciata*. *Trag.* Seb. in *Trag. deutsch* fol. 203. Fuchs. 420. Lon. *deutsch* fol. 183. Eystett, Gesn. hort. fol. 255. *Cruciata*, sive *Gentiana minor* Dod. *lateinisch* 343. *Gentiana cruciata*, C. B. Pin. p. 188. *Gentiana minor* Matth. Bauh. in *Matth.* fol. 481. Tab. lib. 2. fol. 399. *Gentiana minor*, *cruciata recentiorum* Adv. Lob 130. *Gentiana III.* *cruciata*, Clus. hist. lib. 3. fol. 313. *Gentiana III.* Clus. Pann. p. 283. *Gentiana media*, Cam. hort. p. 65. *Cruciata gentianella*, Thal. p. 28. *Modelgeer* Tab. Lon. *Modelgeer* / und *Creuzwurz* / Matth. *Klein Gentian* / *Speerenstich*

und Heyl aller Schaden vulgò. Zu Gôrgenburg hinter dem
Schloß / it. in Wiesdahlen in locis incultis.

CCLXVIII. *Gentiana palustris angustifolia*. C. B. Pin.
188. *Gentiana minima*, Matth. deutsch fol. 258. *Gentianæ*
4. species, Clus. hist. lib. 3, fol. 313. *Gentiana angustifolia vel*
qvarta, Clus. Pann. 284. *Pneumonanthe Tab. lib. 2, fol. 466.*
Pneumonanthe Lob. ic. p. 309. Pneumonanthe Cordi Lob.
Obs. fol. 166. Calathiana viola autumnalis, Gesn. hort. 251.
Lungenblumen Tab. blauer Tarant Nostratibus. Amarore
suo siccatur, calcatur & abstergit. Vulneraria est planta, tussi-
entibus & suspiciose utilis. Cunis imponitur à credulo
vulgo contrà fascina. In districtu Gerdaviensi bey Wiesdah-
len in pratis editioribus. It. bey Creuzburg. Herba hæc,
ubi florere incipit, fœniseum parant rustici.

CCLXIX. *Geranium batrachoides folio Aconiti* C.
B. Pin. 317. *Geranium sive batrachium cæruleum, Tab. ic. pag. 58.*
Geranii species tertia, Gesn. hort. fol. 260. Geranium Batra-
choides cæruleum & Geranium batrachoides flore albo, Ey-
stett. Blaue Storchenschnabel mit Eysenhut's Blättern. Ad
margines pratorum bey Kobbeldude.

CCLXX. *Geranium batrachoides folio Aconiti,*
flore ex cæruleo albicante. Joh. Lœf. In Birckenfeld ad
fossas. It. bey Holland am Mühlflusß.

CCLXXI. *Geranium columbinum, Pes Columbinus*
Tab. ic. p. 56. *Geranium folio Malvæ rotundo, C. B. Pin.*
318. *Geranii vulgaris species, Gesn. hort. fol. 260. Geranium*
alterum, Trag. Seb. in Trag. deutsch 276. Matth. Bauh. in
Matth. fol. 621. Fuchs. fol. 205. Geranium secundum Thal.
p. 44. Pes columbinus. Dod. lateinisch fol. 61. Pes columbi-
nus, seu alterum Geranium Dioscoridis, Lob. ic. 658. Adv.
Lob.

No. 18 ad pag 103



*Geranium columbinum
erectum tenuius laciniatum
flore magno.*

Lob. 296. Geranium Malvaceum sive Balsaminum Cam. hort. p. 66. *Taubenfuß / Storckenschnabel* Tab. ic. *Taubenfuß / Fuchs. Sonnenwirbel / Rusticis*, qui armentis sangvinem mingentibus, herbam in lacte ebutyrato coctam, præsentissimo remedio offerunt. Moderatè calefacit & siccatur, cum adstrictione quâdam. Hinc vulneraria est planta, herniosis perutilis, foris & intus usurpata. *Bey Königsberg* pa-

sim in arenosis.

CCLXXII. **Geranium columbinum* erectum tenuius laciniatum flore magno Joh. Lœs. *Tieff zerschnittener Taubenfuß mit großer Blüth.* Radix ruffula, contorta, “ longius sub terrâ incedens, nova subinde germina exclu-“ dens, ac gustu validè adstringens, caulinulos rectâ in altum “ mittit cubitales sæpius minores, teretes, egregiè hirsutos, “ brachiatos, ac geniculatos; ad singula genicula, tribus glu-“ mis rufescens firmata, folia visuntur viridia, petiolo “ longo nitentia, hirsutie aspera, rotunda, in septem pro-“ fundas lacinias secta, quæ in summitate plerumq; tripar-“ titæ: flos mense Junio & Julio est purpurascens, siccatus “ verò violaceus, ex qvinq; foliis sinuatis majusculis constru-“ ctus, quibus subserviunt alia quina foliola viridia, exili in “ apice filamento prædita: flori succedit acus, in qvinq; exi-“ litates tenuissimas exiens, cuius semen oblongum nigricans, “ ætatis tractu sursum apicem versùs tendit, ac inflectitur, ceu “ videre est in geranio Columbino procumbente. Tota “ planta insignis est adstrictionis, tormentillæ viribus haud ce-“ dens. *Hinter Quednau aufm Berge copiosissimè. Zwischen der Liep und Sandkrug nach dem Pregel zu* copiosè. Herba hæc ubi legebatur, jaculus è serpentum genere sepe obtulit trucidandus, in cuius ventriculo delituere pulli quinq; degu-

degulati avium, quorum unus feré consumptus. Ipsa avium
mater mortua ibidem loci spectabatur, ex gulâ mordicûs à
serpente prius fracta.

CCLXXIII. *Geranium columbinum procumbens
tenuius, laciniatum flore parvo J. L. Geranium columbinum
tenuius laciniatum C. B. Pin. 318. quod in prodr. 2. p. 138. Lieff
zerschnittener Taubensuß mit kleiner Blüt. Radix oblonga,
„filamentis instructa luteis, caulinos edit copiosos, pal-
„mares, virides, hyrsutos, ac in terram pronus, queis fo-
„lia rotunda, in qvinq; profundas lacinias primùm & mox
„in alias dissecta, serviant, pediculis longis fulta: flores ad
„latera, thyrsulorum fert nanos, cærulos, quadrifolios, quos
„vanescentes rostella, seu utriculi rostrati parvi, turgidi ex-
„cipiunt, quorum semen maturitate lasciviens, rotundum,
„fuscum, ac glumâ vestitum, sursum ad rostri apicem refle-
„ctitur, capreolo quasi insidens.

CCLXXIV. Geranium cicutæ folio moschatum &
inodorum C. B. Pin. 319. Myrrhida Plinii, Rostrum ciconiæ
Lob. ic. 658. Geranium primum Matth. deutsch fol. 621.
Lon. deutsch fol. 188. Fuchs. fol. 204. Geranium Trag. Ky-
ber. in Trag. p. 347. Geranium supinum Dod. lateinisch 63.
Geranium supinum majus Cord. hist. fol. 108. Geranium
myrrhinum, Rostrum ciconiæ Tab. ic. 58. Geranium musca-
tum, Cam. hort. p. 66. Eystett. Geranium σκανδικόφυλλον,
Thal. pag. 44. Storchen-Schnabel mit Schierlings-Blät-
ter. Bey Lautenmühl passim.

CCLXXV. Geranium cicutæ folio minus & supi-
num C. B. Pin. 319. Geranium minus & primum. Trag. Seb.
in Trag. deutsch 276. Geranium minus, Geranium arvense
Tab. p. 57. Myrrhida Plinii, & rostrum ciconiæ inodorum
vulga-

vulgatum, Lob. ic. 659. Geranium septimum, sive Geranium gruimum, Dod. Lateinisch 64. Geranium Moschatum inodorum, Eystet. Kleiner liegender Storchenschnabel mit Schülings Blättern. Acker-Schnabel-Kraut. Tab. ic. Storch- oder Kranich-Schnabel. Seb. in Trag. Klein Schnabel-Kraut und Acker-Schnabel-Kraut vulgo. Bey Königsb. in locis arenosis passim.

CCLXXVI. Geranium Robertianum, Lob. ic. 657. Dod. Lateinisch 62. Cam. hort. p. 66. Geranium Rupertianum Tab. ic. p. 56. Geranium tertium Matth. Bauh. in Matth. 622. Fuchs. 206. Robertiana, & herba Roberti. Lon. deutsch. 188. Geranium tertium, seu Robertianum Thal. pag. 44. Geranium Robertianum primum C. B. Pin. 319. Gratia Dei, vel Geranion quibusd. Trag. Kyber. in Trag. 108. Rubertiana vulgo, Cæl. lib. 14. c. 28. p. 559. Ruprechtskraut Fuchs. Lon. Gottes-Gnad/Seb. in Trag: S. Ruprechts-Kraut/ Gicht-Kraut / Rothlauffen Kraut / und kleine Schöllwurz/ oder klein Schwalben-Kraut vulgo. Bey Königsberg passim.

CCLXXVII. Gladiolus floribus uno versu dispositis major, C. B. Pin. 41. Victorialis rotunda & gladiolus verus, Gesn. hort. fol. 286. & 260. Xiphion-Spatha, seu segatalis gladius. Ruell. fol. 589. Victorialis rotunda, Eystett. Victorialis herba Lon. Germ. Victorialis foemina, seu gladiolus sylvestris, Cord. hist. fol. 97. Gladiolus Germanicus. Tab. lib. 2. fol. 323. Gladiolus nostras, Cam. hort. p. 67. Gladiolus Narbonensis, Lob. ic p. 98. Gladiolus, Dod. Lateinisch fol. 41. Xyphion minus, Clus. hist. lib. 2. fol. 190. Clus. Pann. p. 226. Große Braunschwertel Thal. Runde Siegwurz/ und Allermann Harnisch vulgo. Ad sylvarum declivi

O

declivi

declivi loco sitarum margines bei Königsb. Vivum exemplar inspiciendum.

Loc nomine de pingit, CCLXXVIII. *Glaux aquatica folio sub-rotundo. Joh.
Glaux maritima Lœf. Glaux maritima C. B. Pin. 215. Glaux exigua maritima.
An Glaux Dioscoridis. Lob. obs. 227. Glaux exigua maritima.
ull Auctor, sed Adv. Lob. 178. Glaux marina minor Tab. lib. 2, fol. 507.
ex palustris flore, „Mild Kraut mit rundeckten Blättern. Radice fulcitur
clauso, folijs por-, „tenera, albicante, thyrsulos ramosos, subrectos partim, par-
. In s. vel Glaux, „tim humi jacentes, ac horsum prorsum serpentes, excluden-
olio Shuringiae, „te, qui inter reptandum villis radicantur exiguis: hos bina
n: 215. „oblonga, ac rotundata subinde & ex adversum excipiunt
lio portula L. „folia, capsis rotundis, fimbriatis, ad eorum exortum succe-
„dentibus, in quibus minutissimum semen. Calida & hu-
„mida est, ad revocandum extincti lactis ubertatem nutricibus
„salutaris, auctore Diosc. & Äginetâ. In lacunis hæsitat, ac
ruffescit aquis destituta. *Hinter dem Tragheimischen Wall.*

CCLXXIX. Glyzyrrhiza siliquosa, vel Germanica.
C. B. Pin. 352. Glyzyrrhiza altera, Matth. Bauh. in Matth.
486. Glyzyrrhiza vulgaris, Dod. Lateinisch. f. 341. Liqviri-
cia, Brunf. Lateinisch. tom. 3. fol. 123. Glyzyrrhiza siliquosa,
Lob. ic. p. 86. o. Adv. Lob. fol. 405. Observ. Lob. 529.
Glyzyrrhiza Fuchs. 192. Cord. hist. fol. 164. Gesn. hort.
fol. 260. Dulcis radix, Trag. Seb. in Trag. deutsch. 733.
Dulcis radix communis, Gesn. hort. fol. 257. Süssholz Brunf.
Fuchs. Lakarize vulgo. *In der hollen Grund.*

CCLXXX. Gnaphalium montanum flore rotun-
diore C. B. Pin. 263. Gnaphalium montanum purpure-
um & album Adv. Lob. 202. Gnaphalium montanum al-
bum & purpureum Tab. lib. 2. fol. 106. 107. Lagopus secun-
dus, Trag. Seb. in Trag. deutsch. 263. Gnaphalium monta-
num

num svave rubens, Eystett. Pilosella minor Fuchs. fol. 606. Pilosella minor Dodonæi. Thal. p. 83. **Berg-Rühr-Kraut** mit runder Blüth. Hasen-Pfötlein/ Seb. in Trag. Weiß und braun Engelblümlein Tab. Meuß-Dehrlein Fuchs. Rühr-Kraut vulgò. In collibus herbosis & salebrosis ubertim provenit bey Königsb.

200. Pilosella, & Holostium Lacunæ, Lob. ic. pag. 479. Auricula muris, Brunf. Lateinisch tom. 3. fol. 119. Auricula muris minor, Trag. Kyber. in Trag. pag. 278. Lon. deutsch fol. 126. Pilosella major, Fuchs. fol. 605. Dod. Lateinisch fol. 67. Pilosella media, Thal. pag. 83. Kriechendes rauhes Mäus-Dehrlein. Mäus-Dehrlein Tab. Klein Maus-Ohr-Nagel-Kraut Lon. Mäus-Dehrlein Brunf. Amaroore & acredine quantillâ hepatis, lienis & mesenterii infarctus expedit, crassa tenuat, resolvit, educitque bilem: in utero, hydrope ac tabe salutaris. Matthiolo siccatur, refrigerat, vehementer adstringit, solidat, glutinat, tenuat, & abstergit: in sputo sangvinis, dysenteriâ, diarrhœâ, ac puerorum herniis perutilis, vi suâ vulnerariâ. Chalybs candens succo ejus saepiusculè extinctus, tantam contrahit duritiem, ut lapides ferrumque atterat. Vi etiam est præsentissima ad calculum, Lob. Passim in incultis.

XXXVI. Pilosella major repens minus hirsuta, C. B. Pin. pag. 262. Auricula muris minor secunda, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 221. Lactucella sylvestris repens, Cam. hort. pag. 82. Pilosella vulgò. Cæs. lib. 13. cap. 18. pag. 514. Das ander Mäus-Ohr / Sebitz. in Trag. In collibus hinter dem Altstädtischen Walle nach der Hollen-Grund zu.

XXXVII. Pimpinella saxifraga major umbellâ candidâ, C. B. Pin. pag. 159. Pimpinella Brunf. Lateinisch tom. 3. fol. 28. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch f. 370. Gesn. hort. fol. 272. Pimpinella major Fuchs. fol. 608. Pimpinella major Fuchsii, Lob. ic. pag. 720. Pimpinella saxifraga Bauh. in Matth. f. 729. Pimpinella saxifraga major, Cam. hort. pag. 125. Tragofelinum majus. Pimpinella major,

major, Tab. ic. p. 88. *Saxifraga magna*, Dod. *Lateinisch* f. 315. *Bipinella Saxifraga major*, Adv. Lob. f. 321. *Pimpinella nostras communis major*, Thal. p. 87. *Saxifraga vulgaris major*, Clus. Pann. p. 697. *Groß Bibinell*/ Fuchs. Tab. Sebitz. in *Trag. Bi-*
benel Matth. Brunf. Groß Bock's Peterlein vulgò. In umbellâ hujus *Pimpinellæ saxifragæ*, semina inter visuntur quandoque orbiculares, capsæ virides, pediculis inhærentes, quæ diffractæ eruculam ostentant coccinei coloris. Radicibus quandoq; adnascuntur cossa rubra, quibus tinctores utuntur ad colorem carmesinum rebus inducendum. Inter coryleta *bey Blada* passim. Radix *pimpinellæ colligatur Sole* \varnothing deferente: folia, Sole in \varnothing commorante: semen, Sole in 1. \varnothing existente.

DXXXVIII. *Pimpinella saxifraga minor*, C. B. Pin. pag. 160. Cam. hort. pag. 125. *Pimpinella nostras communis minor*, Thal. pag. 87. *Pimpinella minor*, Fuchs. fol. 609. *Tragoselinum petræum*, Tab. lib. 1. fol. 316. *Bipinella*, *Saxifraga hircina*, Adv. Lob. f. 321. *Bipinella*, *Saxifraga minor* Lob. ic. p. 719. *Saxifraga parva*, Dod. *Lateinisch* fol. 315. *Pimpinellæ tertia species*, Trag. Seb. in *Trag. deutsch* f. 370. *Daucus Selenoides*, Cord. hist. fol. 154. *Saxifraga hircina minor*, Gesn. hort. fol. 279. *Tragium*, *Column*, in *Phytobas* pag. 76. *Saxifraga*, *Pimpinella Germanica minor*. Clus. hist. lib. 6. fol. 197. *Saxifraga*, sive *Pimpinella Germanica minor*, Clus. pann. pag. 697. *Saxifraga altera* Cæl. lib. 7. cap. 57. *Stein-Bibernell*/ Tab. *Klein Bibenel*/ Fuchs. *Die dritte Bibernell*/ Sebitz. in *Trag. Stein-Peterlein*/ *Mauer-Peterlein* und *Krauß-Bibernell vulgò*. Vicem *petroselini Macedonici* sustinere potest, si illud deficiat.

DXXXIX. *Pimpinella sangvisorba major*, C. B. Pin. pag. 160. *Sangvisorba major*, Fuchs. fol. 788. Cam. hort.

125. Tab. lib. 1. fol. 391. Cord. hist. fol. 143. Sangvisorba altera major, sive Pimpinella, Lob. ic. pag. 719. Adv. Lob. f. 320. Pimpinella Italica major sangvisorba Clus. hist. lib. 6. f. 197. Thal. pag. 87. Pimpinella, sive sangvisorba major, Bauh. Matth. fol. 729. Pimpinellæ Italicæ secundum genus, Trag. Sebitz, in Trag. deutsch 373. Sideritis secunda Dioscoridis. Colum. min. cogn. stirp. & rar. part. 1. pag. 125. Groß Sperben-Kraut/ Große Welsche Bibernell / Tab. Herr Gotts Bartlein/ Welsche Bibenel Matth. Sebitz. in Trag. Groß Röbles-Kraut/ Fuchs. Groß Blutt-Kraut/ Groß Blutt-Tropfflein/ und Wurm-Wurz vulgò. Braun Leber-Blum Nostratibus. Refrigerat radix, siccata & adstringit. Fluores alvi, & sangvinem undecunque fluentem efficacissimè sistit, ac intestinorum exulcerationes sanat. Flos siccatus & ex vinô rubrô sumptus, dysentericos juvat. In pratis aridioribus & graminosis locis.

DXL. Pinus sylvestris, C. B. Pin. pag. 491. Matth. deutsch f. 24. Pinus sylvestris sive Pinaster, Dod. Lateinisch f. 860. Pinus sylvestris montana, Tab. lib. 3. fol. 638. Pinaster, Brunf. Lateinisch/ tom. 3. f. 238. Lob. ic. pag. 226. o. Gesn. hort. f. 272. Thal. pag. 90. Pinus sponte proveniens. Cord. in Diosc. f. 15. Wilder Fichten-Baum Matth. Wilder Berg-Zirbel-Baum Tab. Harz-Baum / Kien-Holz. Rieser Holz vulgò. Fichten Nostratibus. Gabatæ. Totæ Sylvæ passim. Pinus eas inter arbores refertur, quæ cariem vetustatemque haut sentiunt. Cupressus ac pinus, inquit Vitruvius lib. 2. c. 9. in vetustatem sine vitiis conservantur: quod is liquor, qui inest penitus in corporibus eam, habet amarum saporem; qui propter acitudinem non pati-

patitur penetrare cariem, neque eas bestiolas, quæ sunt nocentes. Ideoque quæ ex his generibus opera constituuntur, permanent ad æternam diuturnitatem. Pinus in Isthmicas ludis primum priùs erat coronamentum, post apium. Notandum, pinea tigna, abiegnæ, querna, & consimilia, ædificiis struendis destinata, ubi exalcentur, facile hiscere, ac rimas agere; contra per meditullium ferrâ dissecta tale quid haud pati. Sic asperes ferratos ac siccatos meditullium versus curvari advertes, ob fibras ex peripheria ad centrum concurrentes, non contrâ. Ferunt, & fissos asperes non ita incurvari, ac qui ferrâ sunt defecti.

DXLI. Pisum marinum. Joh. Lœl. Wilde Seeschoten. Radix flavescens, & longius sub arenâ incedens, sarmen- ta excludit angulosa, striata, foliis uncialibus, binis semper ex intervallo sarmenta ambientibus, è quorum meditullio exoritur ala, novem aut decem foliorum contrario & alterno situ nascentium, cujus extremitas in capreolos tandem exit. Flores aut siliquas cujus indolis producat, mihi hactenus observare non licuit. Auf den See-Bergen nacher Kunzen zu.

DXLII. Plantago latifolia sinuata, C. B. Pin. pag. 189. Plantago major, Matth. Bauh. in Matth. fol. 375. Fuchs. f. 38. Dod. Lateinisch. f. 107. Gesn. hort. fol. 273. Cam. hort. f. 273. Cam. hort. pag. 128. Tab. lib. 2. f. 402. Arnoglossa, Plantago latifolia lævis, Lob. ic. pag. 303. Adv. Lob. fol. 127. Plantago rubea Brunf. Lateinisch tom. 1. f. 25. Plantago latifolia Cord. in Diosc. fol 44. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch f. 180. Lon. deutsch f. 172. Plantago πολύφυτη major sive rubea Thal. pag. 86. Plantago & centinervia Cæs. lib. 8. cap. 16. pag. 327. Großer Wegrich. Tab. No-

ther Wegrich Sebitz. in Trag. Lon. Brunf. Breit Wegrich Fuchs. Weg-Wätter Nostratibus. Adstringit, abstergit ac digerit: jecoris obstructiones solvit, renum ac vesicæ ulcera sanat, dysentericos, sangvinis eruptiones & alvi profluvia sistit, tūm foliō, tūm semine. Folia vel integra ulceribus inducta saniem extergunt: succus ulcerum malignitatem corrigit, expurgataque ad cicatricem dicit. Secùs vias copiosè.


DXLIII. *Plantago angustifolia major*, C. B. Pin. pag. 189. *Plantago quinqvenervia*, sive *Lanceola* Lob. ic. pag. 305. Adv. Lob. fol. 128. *Plantago πεντάνευρη* major, Thal. pag. 86. *Plantago lanceolata*, Tab. lib. 2. f. 406. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 180. *Plantago minor* Brunf. Lateinis̄ch Tom. I. f. 24. Fuchs. f. 39. Lon. deutsch. f. 174. Dod. Lateinis̄ch f. 107. Gesn. hort. fol. 273. *Lanceola*, Cæs. lib. 8. cap. 17. pag. 328. *Spiżer Wegrich* Sebitz. in Trag. Tab. Fuchs. Brunf. *Spiž* oder *klein Wegrich* / Lon. *Rößripp* quibusdam. In pratis præsertim editioribus passim, spicâ reperita bey Lauten-Mühl geminâ. Sub elevatione poli 45. 46. 47. 48. 49. Radix colligenda Sole in Π versante: flores, Sole in ☽: Semen, Sole in ☉ constituto.

DXLIV. *Plantago angustifolia minor* C. B. Pin. pag. 189. Tab. lib. 2. fol. 402. *Plantago πεντάνευρη* minor, Thal. pag. 86. *Lanceola minor*, Cæs. lib. 8. cap. 17. pag. 328. *Kleiner spiziger Wegrich* / Tab. Hinter dem Kneiphofischen Walle in sabuletis. Majore viribus imbecillior est.

DXLV. *Plantago latifolia glabra minor*, C. B. Pin. pag. 189. *Plantago latifolia minor*, Tab. lib. 2. fol. 402. *Kleiner breiter Wegrich*.

DXLVI. *Plantago latifolia incana*, C. B. Pin. pag. 189. *Plantago major incana*. Lob. ic. pag. 304. Clus. hist. lib. 5. f. 109.

Nº. 62. ad pag. 199.



Plantago aquatica
Λεπτονακρόφυλλος

f. 109. *Plantago major*, Matth. deutsch f. 169. Cam. hort. pag. 128. Brunf. Lateinisch tom. I. f. 23. Lon. deutsch f. 172. *Plantago media*, Dod. Lateinisch fol. 107. Gesn. hort. f. 273. *Plantago media* Dodonæi, Thal. pag. 86. *Plantago latifolia*, vel *media & secunda*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch f. 180. *Plantago minor* Dioscoridis, Tab. Schaffs-Zunge/ Tab. Breiter Wegrich/ Brunf. Lon. Sebitz. in Trag. Bey Bircken-Feld in incultis copiosè. Item bey Lauten-Mühl se-
cùs viam.

DXLVII. *Plantago aquatica latifolia*, C. B. Pin. pag. 191. *Plantago aquatica* Brunf. Lateinisch tom. I. fol. 27. Matth. deutsch f. 170. Tab. lib. 2. f. 405. Fuchs. f. 42. Dod. Lateinisch f. 606. Gesn. hort. fol. 273. Thal. pag. 86. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 181. Cæl. lib. 14. cap. 15. pag. 552. Lon. deutsch f. 174. *Plantago aquatica*, foliis Betæ aut Plantaginis, flore Gallii albi, Lob. ic. pag. 300. Breit-blättriger Wasser-Wegrich Tab. Matth. Fuchs. Wasser-Wegrich/ oder Frosch-Löffel-Kraut/ Lon. Frosch-Wegerich quibusdam. In paludibus passim.

DXLVIII. **Plantago aquatica* λεπτομακρόφυλλος Joh. Lœselii. Radix est capillacea, albula partim, partim rufula, caules nonnunquam tricubitales, erectos, rotundos, ex intervallo brachiatos, in altum mittens, quorum cacuminibus flosculi innascuntur albi, & vanescientibus his exigua capitula, minutum semen asservantia. Folia promit radix numerosa, digitum transversum lata, bicubitalia, & longius excurrentia. Wasser Wegrich mit schmalen langen Blättern. Im Pregel passim bey der Hospithal-Wiese.

DXLIX. *Polygala vulgaris*, C. B. Pin. pag. 215. Polygala Lon. deutsch. f. 217. *Poligala vulgaris minor*, Clui. hist.

lib. 3. f. 325. Polygalon Trag. Kyber. in Trag. p. 571. Polygala recentiorum, Adv. Lob. f. 179. Polygala recentiorum rubeis & albis floribus, Lob. ic. p. 416. 417. Polygalon flore rubro purpurecente: & flore cæruleo, Eystett. Polygala Tragi, Thal. pag. 88. Cam. hort. Polygala cærulea, purpurea, alba, Tab. lib. 2. fol. 501. Flos Ambarvalis, Dod. Lateinisch fol. 253. Blau/ braun und weiß Creuz-Blümlein / Tab. Rämsel/ Creuz-Blum/ Lon. Kyber. in Trag. Milch-Blum quibusdam. Zwischen Lauten-Mühl und Bladau in locis herbosis.

DL. Polygonatum latifolium vulgare, C. B. Pin. pag. 303. Polygonatum Bauh. Matth. fol. 678. Lob. ic. pag. 637. Cord. hist. fol. 113. Cord. in Diosc. fol. 61. Polygonatum vulgare, Cam. hort. pag. 129. Ppolygonatum vulgatius, Eystett. Polygonatum majus, Lon. deutsch/ fol. 206. Polygonum majus, Adv. Lob. f. 283. Polygonatum majus, seu vulgare, aut latifolium, Thal. pag. 85. Polygonatum latifolium, Fuchs. fol. 585. Dod. Lateinisch f. 346. Tab. lib. 2. fol. 755. Sigillum Salomonis, Brunf. Lateinisch tom. 3. f. 92. Gesn. hort. fol. 281. Sigillum Salomonis latifolium, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 316. Frassinella, Cæs. lib. 5. c. 32. pag. 224. Breitblättrige gemeine Weiß-Wurz/ Weiß-Wurz / Matth. Fuchs. Brunf. Weiß-Wurz-Männlein/ Tab. Große Weiß-Wurz/ Lon. Weiß-Wurz / Gelend-Wurz/ Cord. hist. Polygonatum latifolium baccis nigris. Inter tetanothra, quæ Plinio sunt medicamenta cutem erugantia, habetur Cataplasma antipodagricum quorundam. R. rad. Sigill. Salom. Libr. I. Smegm. Venet. libram I. Croc. drachm. 3. Coq. in mensurâ vini adusti, ad cataplasmatis consist. In der Hollen-Grund / und Penartischen Walde in umbrosis.

DLI.

DLI. *Polygonatum angustifolium non ramosum*, C. B. Pin. pag. 303. *Unästige schmalblättrige Weiß-Wurz*. *Polygonatum angustifolium*, Fuchs. fol. 586. Eystett. Clus. Pann. pag. 263. *Polygonatum angustifolium primum*, Tab. lib. 2. fol. 431. *Polygonatum quintum, sive angustifolium primum*, Clus. hist. lib. 2. fol. 277. *Polygonatum alterum*, Dod. Lateinisch f. 345. *Polygonatum tenuifolium*, Cord. hist. f. 113. *Polygonatum erectum*, Gesn. hort. f. 273. *Sigillum Salomonis angustifolium*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 316. *Polygonatum minus* Lob. ic. pag. 805. Lon. deutsch f. 206. *Polygonatum minus, rubris foliis, ambitu stellato*, Adv. Lob. f. 358. *Polygonatum tenuifolium majus*, Thal. pag. 85. *Polygonato similis in Alpibus*, Cæl. lib. 5. c. 33. pag. 224. *Weiß-Wurz-Weiblein*/Tab. *Schmale Weiß-Wurz*/Fuchs. *Kleine Weiß-Wurz*/Lon. Sebitz. in Trag. Flosculis provenit albidis. *Bey Birckensfeld hinter der Ziegel-Scheune*.


DLII. *Polygonon latifolium*, C. B. Pin. pag 281. *Centumnodia*, Brunf. Lateinisch/ tom. 3. fol. 128. *Polygonum mas*, Matth. Bauh. in Matth. fol. 676. Dod. Lateinisch fol. 113. Fuchs. fol. 614. Thal. pag. 87. Cæl. lib. 4. cap. 36. p. 168. & 169. *Polygonum mas vulgare*, Sangvinaria, Centumnodia, Lob. ic. pag. 419. Adv. Lob. f. 179. *Polygonon masculum*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 391. *Polygonum vulgare*, Cam. hort. pag. 130. *Polygonus mas*, Gesn. hort. f. 273. *Polygonum majus* Tab. lib. 2. fol. 502. *Polygonum majus seu mas*, Lon. deutsch f. 204. *Groß-Weg-Gras* Tab. *Große Wege-Tritt*/Matth. *Weg Gras* / Brunf. Fuchs. *Wege-Tritt*/oder *Weg-Gras*. Lon. *Denn-Gras* / und *Blutt-Kraut* quibusdam. *Jungfer-Tritt* Nostratibus. *Secùs vias ac semitas copiosè*.

DLIII.

DLIII. *Polygonum oblongo angusto folio*, C. B. pin.
pag. 281. *Polygonum tertium*, Tab. lib. 2. fol. 503. Weg:
Tritt mit langen schmallen Blättern. Blatt-Kraut. Re-
frigerat gradu secundo, siccatur & adstringit. Sangvinariæ
nomen ab effectu obtinuit, quippe eo sive integro, sive tu-
fo, stillanti parti inducto, sangvis coit, & in grumos con-
crescit. Collectionibus fervidis & ignibus sacris auxiliatur.
Bey Juden-Kirch secus viam. Colligenda herba Sole i. &
ingresso.

DLIV. *Polygonum minus*, seu *Millegrana major*,
C. B. pin. pag. 281. *Polygonum minus* Matth. deutsch. fol.
677. *Herniaria*, Gesn. hort. f. 261. Cam. hort. pag. 74.
Thal. pag. 56. Tab. lib. 2. fol. 507. *Empetron*, *Trag.*
Kyber, in *Trag.* pag. 527. Lon. deutsch fol. 249. *Herba*
Turca, sive *Herniaria*, Lob. ic. pag. 421. *Herba Turca*,
Herniaria multigrana serpilli facie, Adv. Lob. fol. 180. *Mil-
legrana*, Cord. hist. fol. 98. *Harn-Kraut* Tab. Brunf. Klei-
ner Weg-Tritt/ Matth. *Harn-Kraut*/ *Stein Kraut*/ Lon.
Bruch-Kraut/ oder *Groß Tausend-Korn vulgò*. *Jungfer-
Gras Fœmellis*. *Dürr-Kraut Rusticis*. In incultis bey
Brandenburg. Item hinter dem *Kneiphofischen Wall*/ in
petrosis.

DLV. *Polygonum minimum*, seu *Millegrana mi-
nima*, C. B. pin. 282. *Millegrana minima*, Lob. ic. p. 424.
Herniaria altera, Thal. pag. 57. *Das allerkleineste Tau-
send-Korn*. *Plantula est exilis polycavlos, ramulosa*, folia
disposita habens Alsines instar multicaulis, sed minuscula.
*Thrysulorum bifurcationes fermè singulas binis foliolis co-
mitatas, rotundiusculum excipit capitellum*, seu granulum;
*Cacumina verò numerosiora hujusmodi occupant gra-
nula*.



No. 63, ad pag. 203.



Polygonum folius gramineis
Spergula Capitulis.

Armeria rubra Campastris. L. &.

nula. Radix longiuscula, & sèpè contorta. Im Dorff
Sarcfau.

DLVI. *Polygonum minus polycarpum*, Tab. lib. 2.
f. 530. *Hund-Würgel*. *Polygonum minus*, seu *fœmina*,
Lon. deutsch fol. 205. *Saxifraga Anglicæ*, forte *Alsines mi-*
nimum genus, *Cynanche*, *Dalechampii Lob. ic. pag. 428.*
Saxifraga Anglicæ Adv. Lob. fol. 183. *Polygonon Germanis* *Knäwel/ Trag. Kyber. in Trag. pag. 393.* *Polygonum angustissimo & acuto*, vel *gramineo folio minus repens*,
C. B. pin. 281. *Knäwel/ Dod. Lateinisch fol. 115.* *Klein fruchtbaerer Weg-Tritt/ Tab. In incultis; item inter se-*
getes passim. In *Poloniâ Polygonum quoque reperitur cocciferum*, *Kosmaczek dictum*, cujus radiculis *cocca elegan-*
tissimo rubore commendata innascuntur. Provenit
idem *Polygonum propè Rostochium in locis arenosis*, cu-
jus *cocca pueri die Profesto Johannis Baptista colligunt*,
vocantque *Johannis-Wurmlein.* Collegit ipse eadem
Lœselius Rostochii vivens, & advertit paulò post *muscas è*
coccis exeuntes, & *avolantes.* *Succo Sericum tingi posset*,
quæ *tinctura ὁλόβηρος* i. e. tota vera salutanda haud est,
utpote quæ *Imperatoribus olim debebatur l. auratas.* C. de
vestibus holoberis.

DLVII. **Polygonum foliis gramineis Spergulæ ca-*
pitibus. Joh. Lœl. Weg-Tritt mit kleinen Körpfchen und
gar zarten Blättern. Radice nititur longiuscula, subflavâ,
& villosâ nonnihil, quæ caulinulos edit exiles, numerosos,
ἐπικλινετέρας, in terram circum circa procumbentes, nodo-
bos, in summitate ramosos. Singulis geniculis folia præ-
sunt tenuia & angusta, magnitudine suâ variantia, modò
plura, modò pauciora, paleaceis & niveis quibusdam mem-

Cc

*branulis**Arenaria rubra*

L. 8. x


branulis fulta: flosculis est in summo caulinorum dilutè purpureis, quos vanescentes parva, ac quinis foliolis conclusa subseqvuntur vascula, rotunda, & in acumen vergentia, Spergulae capitulis similia, in quibus minusculum seminum. Hinter Juden-Kirch am Wege nach Selnicken zu. Item secùs viam, quâ itur nach Neuhausen.

aula nodosa. L. 3
DLVIII. * Polygonum foliis gramineis alterum. Joh. Lœf. Anderer Weg-Tritt mit gar garten Blättern. Thysalis est exiguis, rotundis, geniculatis, quincuncialibus sæpè: Initio per brevibus aliquot ad quævis genicula foliis, concursu suò veluti fructum aliquem referentibus, quæ ætatis tractu elongantur, & graminea fiunt: flosculos habet niveos, & his deciduis vascula nana, acuminata, exile semen servantia. Radicula paucis fibris donata est. Am Bollwerck beym Zoll-Haus.

DLIX. Polypodium, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 430. Fuchs. fol. 588. Cord. in Diosc. fol. 76. Cord. hist. fol. 171. Gesn. hort. fol. 273. Tab. lib. 2. fol. 478. Cæs. lib. 16. cap. 6. pag. 593. Cam. hort. pag. 130. Lon. deutsch/ fol. 251. Filicula, seu Polypodium, Bauh. Matth. fol. 87. Polypodium vulgare, C. B. Pin. pag. 359. Engelsfuss / Brunf. deutsch/ fol. 307. Polypodium, Filicula, Herba Radioli Apuleji Lob. ic. pag. 814. Polypodium majus Dod. Lateinisch/ fol. 464 Engelsfuss / Tab. Fuchs. Lon. Sebitz. in Trag. Süßfarn; Süß-Wurzel / Baumfarn / Tropffen-Wurz vulgo. In petris muscosis zu Neuhausen. Im See-Gebirg zwischen Sarckau und Lattenwalde copiosè. Nonnunquam vetustis arboribus innascitur, ben Wiesdrehlen im Walde.

DLX. Populus nigra, C. B. Pin. pag. 429. Matth. deutsch/ fol. 41. Dod. Lateinisch/ fol. 836. Lob. ic. p. 194. o. Cord.

Nº. 54. ad pag. 204.
Polygonum foliis gramineis
alterum.



Spergula nodosa. L. 3.

No. 65. ad pag. 205.



Potamogeton rotundifolium alterum.

Cord. in Diosc. fol. 18. Tab. lib. 3. fol. 687. Cæl. lib. 3. cap. 45. pag. 120. Populus alba, Lon. deu: sch fol. 42. Trag. Kyber. in Trag. pag. 1080. Schwarzer Pappel Baum/ Tab. Matth. Böllen/ Pappel- Baum Lon. Schwarzh Albeer- Baum/ Gar Baum quibusdam. In pagis passim.

DLXI. *Populus tremula*, C. B. Pin. pag. 429. *Populus Lybica*, Matth. deutsch fol. 41. Lob. ic. pag. 194. o. Tab. lib. 3. f. 687. Dod. Lateinisch fol. 836. *populus nigra*, Trag. Sebitz, in Trag. deutsch fol. 859. Lon. deutsch f. 43. *Populo nigræ similis in Alpibus*, Cæl. lib. 3. cap. 45. pag. 120. *Populi tertia species*, Cord. in Diosc. fol. 17. *Aspen/ oder Poppel- Weiden/ Lon. Lybischer Pappel Baum/ Tab. Aspen und Bellen- Baum Trag. Espen Nostratisbus.* Cortex nigræ & albæ populi particulatim cæsus, & sulcis stercoratis mandatus, omni anni tempore edules fungos profert, Diosc. In sylvis copiosè.

DLXII. *Potamogeton rotundifolium*, C. B. Pin. pag. 193. *Potamogeton*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 688. Matth. deutsch/ fol. 496. Lon. deutsch fol. 211. Tab. lib. 2. fol. 411. Fuchs. fol. 651. Cæl. lib. 8. cap. 22. pag. 332. *Potamogetoni similis rotundiore folio*, Cord. in Diosc. fol. 69. *Potamogeton λειόφυλλον*, Thal. pag. 85. *Rund-blättriges Saam-Kraut Tab. Matth. Lon. Fuchs.* In aquis stagnantibus passim.

DLXIII. **Potamogeton rotundifolium alterum* Joh. Lœsel. *Ander rundblättriges Saam-Kraut.* Folium unum æquo ferè intervallo ab altero distat, ubi verò novus exsurgit ramulus, bina concurrunt folia, exortum ejus quasi firmantia. Am Pregel.

DLXIV. *Potamogeton Salicis folio* C. B. Pin. p. 193. *Schmal-blätterig Saam- Kraut.* *Potamogeiton*, Dod.

Lateinisch fol. 582. *Potamogeton angustifolium*, Tab. lib. 2.
fol. 411. *Phyllitis lacustris*, Cord. hist. fol. 150. *Potamogeton sive Fontalis*, & *spicata*, Adv. Lob. f. 129. *Potamogeton ιτεόφυλλον*, Thal. pag. 86. **Spizig Saam-Kraut**
Tab. In aquis stagnantibus bey Königsberg paſsim.

DLXV. *Potamogeton* foliis latis ſplendentibus.
Saam-Kraut mit weichen breiten glänzenden Blättern.
C. B. Pin. p. 193. *Potamogeton altera*, Dod. Lateinisch fol.
582. *Potamogeton μαλακόφυλλον*, Thal. p. 86. **Am Frisching.**

DLXVI. *Potamogeton* foliis crispis, sive *Lactuca ranarum*, C. B. Pin. 193. **Saam-Kraut** mit kraufen Blättern. *Fontilapathum pusillum*, Lob. ic. pag. 286. Adv. Lob. fol. 117. *Potamogeton λάριφυλλον*, seu *crispum*, aut *fimbriatum*, Thal. pag. 86. *Tribulus aquaticus minor*, Clus. hist. lib. 6. fol. 252. Clus. Pann. pag. 714. *Alga secunda*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 545. **Das ander Saam-Kraut.** Sebitz. in Trag. **Kleiner Brunn-** oder **Frosch-Lattich** quibusdam. In lacunis hinter dem Altstädtischen Walle nach der Hollen-Grund zu. Foliis provenit crispis, quæ majora ac longiora sunt, quam in *Fontilapatho pusillo*, Lob. Crispitudo tamen foliorum minor est.

DLXVII. **Potamogeton gramineum latifolium*. Joh. Lœs. Klein großächtiges breites **Saam-Kraut**. Im Graben beym Bretter-Krige. *P. gramineum* L. 10.

DLXVIII. **Potamogeton gramineum tenuifolium*, Joh. Lœs. Klein großächtiges schmales **Saam-Kraut**. Plantula est ramosa, ac foliis crescit gramineis, longiusculis, atrovirentibus: in summitate caulis spica seu capitulum visitur exile, flosculis minutis exornatū. Im Graben beym Bretter-Krige.


DLXIX. *Potentilla*, Brunf. Lateinisch tom. 3. fol. 45.
Bauh.

Potamogeton caule com-
fito Graminis ca-
Ray Hist: 189.


Potamogeton pusillum
neo folio caule ro-
Ray Hist: 190.
pusillum L. 12.


Nº 66. pag. 206.

Potamogeton gramineum
latifolium



16-67 pag. 206





Bauh. Matth. f. 718. Lon. deutsch f. 268. Cæl. lib. 14. cap. 23. pag. 557. Fuchs. fol. 619. Thal. pag. 91. Argentina Dod. Niederländisch fol. 948: Argentilla, Potentilla, Lob. ic. pag. 693. Anserina, Tab. lib. 1. fol. 425. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 382. Argemone altera, Gesn. Hort. f. 248. Genserich Tab. Matth. Lon. Fuchs. Grensich/Grensing/und Genserich/ Sebitz. in Trag. Gåns/Kraut/ Grinsig/ Grunsing und Silber-Kraut vulgo. Plantula est in ius euntibus à Sagis commendatissima. Hanc statu tempore lectam rabula superstitiosus calceis immittit, ne causâ cadat. Verùm præstant diævopæj, nummorum aut sportularum elargitio. In Glossario: διαερούη χρυσίς, διαερούη ἀργυρός, sportulæ. Restituenda hæc vox Plinio & Trajano epistolis 117. 118. ubi diamones scriptum pro dianomes: Sportulas explicat ipse Trajanus. De his donariis, à rabulâ elargitis, verè Cyprianus: Qvantis hic sordibus emit, ut fulgeat? Circa vias & semitas passim. Sub elevatione poli 45. 46. 47. 48. 49. graduum nata, vulgo efficax. Radix effodienda, Sole primum arietis gradum obsidente: folia colligenda, Sole 15. Arietis inhabitante: flores, Sole in 1. & constituto.

DLXX. Potentilla repens hirsutie incanâ, Johan. Lœs. Kriechender Gånsing mit raugen grauen Blättern. Bey Neuendorff am Wege.

DLXXI. Potentilla erecta major hirsutie incana. Großer gerader Gråsing mit raugen grauen Blättern. Spithamas duas longitudine planta, tota hirsutie incana, superat. Foliis profunde incisis, pronâ parte viridé pallentibus, supinâ albantibus. Am Wege nacher Neuendorff.

DLXXII. Prunus sylvestris, C. B. Pin, pag. 444.

Brunf. Lateinisch tom. 3. fol. 186. Matth. deutsch fol. 103.
 Dod. Lateinisch fol. 753. Fuchs. fol. 404. Lon. deutsch fol.
 68. Cord. in Diosc. fol. 25. Gesn. hort. fol. 274. Lob. ic.
 pag. 176. o. Tab. lib. 3. fol. 700. Cæs. lib. 2. cap. 15. pag.
 48. *Prunus sylvestris vulgaris*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch
 fol. 796. *Wilder Schlehen-Baum*/ Tab. *Schlehen-Dorn*
 Matth. Lon. *Schlehen*/ Brunf. Fuchs. Sebitz. in Trag.
 Refrigerat, siccatur, & adstringit, maximè fructus. Ejus suc-
 cus *Acacia* est officinarum, sed non vera. Aqua ex floribus
 cum vino destillata, in laterum doloribus, & cordis com-
 pressionibus magni est usus, Trag. Vinum pendulum octi-
 dui spatio restituunt pruna immatura adhuc, contusa & im-
 missa. Exsiccata & contusa efficaciter idem agunt, Trag. &
 Tab. Folia & radices faucium ulcera sanant, & fluxiones
 avertunt gargarisatu. *In der Hollen-Grundt* copiosè. Item
hinter Brandenburg nach dem Lenzen Berg zu.

DLXXXIII. *Prunella*, Fuchs. f. 621. Tab. lib. 2. f. 256.
 Cæs. lib. 11. cap. 37. pag. 453. *Brunella major* folio non
 dissesto, C. B. Pin. pag. 260. *Brunella*, Brunf. Lateinisch/
 tom. 3. fol. 26. Dod. Lateinisch fol. 136. *Symphytum pe-
 trænum*, *Consolida minor*, Matth. Lob. ic. pag. 474. *Sym-
 phytum petrænum*, Cord. in Diosc. fol. 62. *Consolida mi-
 nor*, Matth. Bauh. in Matth. fol. 684. *Consolida minima*,
 sive *Prunella* flore purpureo vulgaris, Cam. hort. 45. *Pru-
 nella* aut potius *Brunella* Officinarum, Eystett. *Prunella vul-
 garis*, vel sexta, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch 245. *Brau-
 nellen*/ Tab. Brunf. Fuchs. Sebitz. in Trag. *Gottheil und*
S. Antonii Kraut vulgo. Vulneribus medetur, grumos
 sangvinis dissolvit, & pulmoni exulcerato aliisque sauciis par-
 tibus auxilio est. In asperis passim. *Bey Rath's Hoff*/ zu
Stein-

Stein-Wäck &c. Brevisimā spicā reperta est in der Öster-
rodischen Heide.

DLXXIV. *Prunella* flore albo. Joh. Lœl. Brunel mit
weißer Blüth. Bey Fischhausen hinter der Ziegel-Scheune.
Item bey Hoppenbruch in Districtu Balensi.

DLXXV. *Pulsatilla vulgaris*, Lob. ic. pag. 281. *Pul-
satilla recentiorum*, Cæl. lib. 14. cap. 11. pag. 550. *Pulsatilla
communis*, Cam. hort. pag. 134. *Pulsatilla folio crassiore
& majore flore*, C. B. Pin. pag. 177. *Pulsatilla*, Bauh. Matth.
fol. 462. Dod. Lateinisch fol. 433. Gesn. hort. fol. 274. Pul-
satilla prima, Tab. lib. 1. fol. 97. *Pulsatilla vulgaris dilutio-
re flore*, Clus. hist. lib. 2. fol. 246. Clus. Pann. pag. 385.
Küchenschell/ Brunnf. deutsch fol. 143. Herba Venti, Trag.
Kyb. in Trag. p. 413. Lon. deutsch fol. 113. Anemones species,
Thal. pag 15. Küchen-Schellen/ Tab. Lon. Matth. Kyber.
in Trag. Küheschell / Hackel Kraut / Schlotten-Bluhm
vulgò. Aqua Pulsillæ verno tempore extracta , experi-
mento certo, febrifuga est, unciarum trium pondere sumpta.
Vomitum movet acri sapore. Cœruleo colore destillata pro-
dit. Vide suprà marrubium cardiaca dictum. Bey Bran-
denburg und Frauenburg in siccioribus copiosè. Item in
der Wormditschen Heyde.

DLXXVI. *Pulsatilla folio Anemones secundæ sive sub-
rotundo: quæ s. in Prodr. C. B. pag. 94.* Bey Lauten-Mühl
in collibus arenosis. Hinter der kleinen Schleuß jenseit des
Thames auff dem Berge copiosissimè. Aprili & Majo floret.

DLXXVII. *Pyrola rotundifolia major*, C. B. Pin. p.
191. Groß rundblättriges Winter-Grün. Pyrola, Brunnf. Læ-
teinisch/ tom. 3. fol. 8. Math. deutsch fol. 411. Eystett. Tab.
lib. 2. fol. 432. Dod. Lateinisch fol. 138. Pirola, Gesn. hort.
fol.

fol. 272. Pyrola à Pyri folio, Lob. ic. pag. 294. Adv. Lob.
 fol. 122. Pyrola major, seu Beta sylvestris Thal. pag. 84.
 Pyrola & Limonium sylvestre, Lon. deutsch fol. 219. Pyro-
 la vulgarior, Clus. hist. lib. 5. fol. 116. Antholog. magn. fol.
 104. Pirola alia in campestribus, Cæs. lib. 8. cap. 32. p. 338.
 Limonium, Fuchs. fol. 467. Limonium sylvestre, Trag. Ky-
 ber. in Trag. Winter-Grün/ Tab. Matth. Kyber. in Trag.
 Fuchs. Brunf. Wald-Mangolt/ Wald-Kohl/ Holz Man-
 golt vulgo, wilde Bete Nostratibus. In opacis & muscosis
 bey Schwanis und Neuhausen.

DLXXVIII. Pyrola rotundifolia minor. C. B. Pin.
 pag. 191. Klein rundblätterig Winter-Grün. pyrola quarta
 minima Clus. hist. lib. 5. fol. 118. Clus. Pann. pag. 509. Py-
 rola minima, Eystett. Anthol. mag. fol. 104. Inter ericeta
 bey Kunzen und Bladau.

~~ado Orchis C. B.
 + Orchis minor
 creata Camerarij.
 viii. respars.~~
 L. 7.
 DLXXIX. *Pyrola acutifolia polyanthos radice ge-
 niculatâ. Joh. Lœs. Spiz-blättericht Winter-Grün mit
 vielen weißen Blümlein. Radix alba ac nodosa caulinco
 subservit viridi, rotundo, hirsuto, geniculato, pedem alto, sæ-
 pè productiori, cui proximè terram folia adstant octo, fre-
 quentiùs pauciora, virentia, ex oblongo mucronata: sin-
 gulis porrò geniculis, cacumen versùs, foliolum exile &
 acutum, caulem velut in vaginulâ servans, jungitur: tandem
 subsequntur numerosi flosculi, à calyculis suis foliolo tenu-
 issimo fultis, prodeentes & albicantes. In der Fischhäusern
 Heide. Item hinter Latten-Walde.

DLXXX. Pyrola folio mucronato serrato, C. B.
 Pin. pag. 191. Winter-Grün mit gespitzten und zerfetzten
 Blättern. Pyrola minor Thal. pag. 85. Pyrola secunda
 tenerior, Clus. hist. lib. 5, fol. 117. Clus. Pann. pag. 505. Py-
 rola

rola Pannonica secunda, Cam. hort. 134. In der Fischhäusern Heyde.

DLXXXI. Pyrola frutescens arbuti folio, C. B. Pin. pag. 191. Staudechiges Wintergrün mit zerkerbten langleichten Blättern. Pyrola tertia vel fruticans, Clus. Pann. pag. 505. Clus. hist. lib. 5. fol. 117. In der Fischhäusern Heyde.

DLXXXII. Pyrola alsines flore Europaea, C. B. Pin. pag. 191. Wintergrün mit Hunerdarms Blüt, Alsinanthemon, Thal. pag. 15. Alsine alpina, Schwenck. lib. 1. stirp. pag. 17. Im Penartischen und Löbnichtschen Walde.

DLXXXIII. Pyrus sylvestris C. B. Pin. pag. 439. Wilder Birn-Baum. Pyra sylvestria, Tab. lib. 3. fol. 720. Pyra sylvestria majora, Tab. lib. 3. f. 720. Holz-Birn/ große Holz-Birn / Tab. Kruschken Borussis. Junonis vetustissimum simulachrum è pyro sylvestri fabricatum memoratur Pausaniæ lib. 2. Vide quoque Eusebium de Præparat. Evangelica c. 8.

DLXXXIV. Quercus, Trag. Kyb. in Trag. pag. 1102. Matth. deutsch fol. 69. Lon. deutsch / fol. 48. Tab. lib. 3. fol. 669. Fuchs. fol. 229. Quercus cum longo pediculo, C. B. Pin. pag. 420. Quercus vulgaris, Lob. ic. pag. 154. O. Quercus vulgaris, Hemeris, Cord. in Diosc. fol. 21. Quercus Pannonica latifolia, rectius Cerrus, Cam. hort. pag. 135. Eich-Baum / Tab. Matth. Lon. Fuchs. Eichen vulgo. * Flores habet elegantissimos, longius ab arbore pendentes. Ramulis assistunt nonnunquam rotundiuscula corpora, squamea primùm, mox villosa, Bedegvaris ferè effigie. Galla seu fructus quercus, quæ *κηρις* Dioscoridi, infecta aliquando intus alit. Ex Gallis majoribus diffraictis, nunc pestilitatem, nunc bellum, nunc annonæ caritatem, præfagus colligit vul-

Dd

gus,

B. robur.

gus, & quidem hōc modō: araneum si contineat Galla, pestem & malignas febres: mufcam si alat, bella: eruculam si concludat, famem incolis portendit. Sunt alii, prognosticum augurale ita constituentes: Auctumnō effractā gallā, araneus annum inauspicatum: musca tolerabilem: acarus frugiferum spondet. Cassa verò si sit galla, & nihil horum contineat, funera indicit. Præcoces & uberrimæ circa Festum Michaëlis gallæ, hyemem signant temporiūs adventuram & nivosam. Adstringit cortice, foliō, glande & gallā. Juvat sangvinem tussientes, egerentes, foriolas, & genituræ profluvio laborantes. Emplastrum ex queru Lœselii ita paratur: R. corticum tenerorum quercūs, radicum quercūs, turionum quercūs, florum quercūs, rasuræ ligni qverni ana libr. semis. olei veteris libr. III. coquantur, ac in infusione commorentur aliquot dies, post colaturæ adde lithargyrii aurei triti ac creti libr. 1 $\frac{1}{2}$. coquantur aliquandiu, & inter coquendum assundantur succi foliorum quercūs, aquæ foliorum quercūs ana libr. 1 $\frac{1}{2}$ tandem ubi bullæ volantes in auras assurgunt, & consistentia debita adest, per incerniculum insperge pulveris foliorum quercūs, florum quercūs ana Unc. 3. corticum quercūs Unc. 2. visci querc. cum foliis, gallarum, cupularum, glandium, granorum chermes analunc. 1 $\frac{1}{2}$. agitentur omnia quercinâ radiculâ, fiatque l. a. emplastrum sine cerâ. Uſus: validè adstringit, siccat, repellit, intercipit, discutit, & glutinat. Herniosos ergò, vomitores, foriolas, sanguinem sputantes, vel per alvum, aliaque loca egerentes, juvat, & abortationes prægnantium præcavet. Sacros ignes, & consimiles ferventias, mulcet, tumores discutit, & arthriticos sistit dolores. Ulcera adhæc ichoribus fatigata solidat, & ossa fracta ferruminat. In Borussiâ propè Welaviam in pago

pago Oppen reperta est olim quercus, cuius perimeter viginis septem ferebatur in ulnas. Annosa & cava jam quercus equitem equo ephippiato insidentem, ac intus tumultuantem, ultrò admisit, quod tentaverat etiam divus Albertus, primus Borussiæ Dux, ejusque Filius Albertus Fridericus. Tale quidpiam legimus etiam de Platano, auctore Plinio Lib. XII. c. i. quæ in Lyciâ nata, ac cavata, specum intus habuit in circuitu octuaginta & unius pedum. In hâc specû Lucinius Mutianus ter COS. cum octodecim aliis viris, salarem in morem epulatus est. Perdurat autem annos sàpè trecentos & multò plures ipsa quercus. Seculum crescendo, seculum vigorem servando, ac denique seculum marcescendo insumere creditur vulgo. In Vaticano ilex vetustior erat urbe Româ, teste Pliniô Lib. XVI. c. 44. ubi simul tradit, Romæ in area Lucinæ lotum fuisse arborem CCCCL. tunc circiter annorum. Sunt, qui de quercu numen faciunt, de Numine φ φ. ut loquitur Buchananus in Franciscano. Hinc Sacra olim erat quercus idololatris Borussis ob Gorcho, esculentorum & potulentorum Deastrum, quem sedem in quercu, ubi locorum nunc est oppidum Heiligenbeil/ seu Hieropolis, habuisse ferunt. Huic Gorcho perpetuus servabatur ignis, & omnis generis primitiae offerebantur, v. gr. frumenti, farinæ, mellis, lactis, captorum piscium, aliorumque eduliorum, oblatæque Mulcibero igni tradebantur. Quercum hanc post unâ cum idolo Anshelmus primus Ermlandiaæ Episcopus correptâ bipenni excidit, & in cineres redegit. Alia quercus latissima & trifida habebat Rickojothi in medio Natangensis tractus, in qua triplex colebatur idolum, Potollo, Perkunos, & Potrympo. Potollo sacrificii loco immolabantur capita extictorum hominum ac pecorum. Deaster hic sàpissimè domos infestabat ditiorum maximè, ubi è vivis quôdam sub-

latō pauciores essent in victimis offerendis. Tūm enim noctū homines adortus, crebriūs illis facessebat negotium. Solemnibus diebus huic in honorem sebum in ollis cremabatur. Perkunos alter erat Deaster, cui fovebatur ignis ex lignis quercinis, iisque aridis accensis, perpetuō flagrans, sacrificiis cremandis destinatus: eō extinctō sacrificulus incurrebat discrīmen vitæ. Potrympo tertius erat Deaster, cui à sacrificulo angvis lacte enutritus ac frumento cooperatus consecrabatur. Ejus in honorem infantes necabantur, thus ac cera cremabantur. Quercus hæc idolis instructa, foliorum viorem nunquam amisisse, sed perpetuō, etiam brumali tempore, eundem servâsse perhibetur. Huic arbori decus & Autoritatem Ancus Marcius, Rex Romanus, addidit, qui usu æris nondum repertō, primas leges Romanas, & priscos qualescumque ritus, in quercinas tabulas incidit. Proverbium est apud Græcos & Nostrates, loqui à quercu, & ad quercum. Sensus est, omni positō metū, cum omni securitate verba facere. Quercus enim cū sit arbor Jovis, ad hanc quisquis confugiebat, in tuto credebatur usque, & sub tutelâ Numinis. In congressu venereo coles ne masculescat fascino rem ita disturbant: Quernus ramulus, sursum rectâ pullulans, solem versus acuitur, ac resecatur: post acumine suo terræ defigitur, quam lotio paulò ante perpluit fascinandus. Defixus ita ramulus, ac proculcatus, impotentiā creat, donec eruatur. Fascinum hoc solvunt scopæ betulinæ inversæ, lotio in summitatem diffusam immisso. Quò largior glandium proventus, eō frumentorum est parciōr. Ante fruges cognitas Arcadibus, & in universum gentibus priscis, glandes fuere frumenti locō: Sicut pyra Argæis & Tirynthiis. Virgilius i. Georgic.

Con-

Concussag, famem in sylvis solabere quercū. Sed deinde

Quernag, glans victa est utiliore cibo. Ovid. lib. i. Fast.

Hinc post esum sequebantur ructus. Juvenal. Satyr. 6. v. 10.

- - - - *Glandem ructante marito.*

Iberi in Symposiis glandes in secundis mensis apponebant. Cuivis olim glandem suam, in alienum fundum procidentem, tollere licuit in alieno. Ita cautum est, lege XII. tabularum, auctore Pliniō lib. XVI. c. 5. Idque attestatur Jurisconsultus in l. unica ff. de glande legendā. Sed & tu interim vide I. Julianus §. 2. ff. ad exhib. Extemporaneum atramentum scriptorium si expetas, succō ex gallis expressō pulvisculum vitrioli ammisce, addito, ne situm contrahat, pauxillo salis vel gummi Arabici. Quercus inter duas laurus plantata olim erat Romæ ante Palatum Imperatorium, tacitè innuens, Heroicā virtute ac fortitudine Principum niti Rēpublicam. Quercus namque signum est conservati Civis: Laurus verò victoriæ ac triumphi. Hinc Cæsares bello victores in Capitolium ducebantur lauro redimiti, milites verò, qui pro Civium salute fortissimè omnium steterant, quernā cingebantur coronā, unde & hæc corona, ex quernā fronde scilicet, civica olim dicebatur, cui & aurea cessit. Hujus coronæ proprium erat, ut illâ donatis perpetuò eam gestare liceret. Tradebatur militibus ab Imperatore vel Duce exercitū. Graminea verò seu obsidionalis corona, ex illo siebat gramine, ubi cives obsidione liberabantur, & dabatur servatori ab universo exercitu. Hæc aestimatione immensā cæteris coronis longè præcelle-re credita est. De quercu adhuc notabile id est: Saxum aliquod ingentis molis, obstaculo existens, ubi in frusta redigere animo habes, fac struem circum circa segminum quer-

cinorum, quâ accensâ candescat saxum, pôst ferrei mallei impetuoso, ac fervidè iteratô concussu, saxum aliquoties terre, in frusta mox dissiliendum, & loco amovendum. Hoc artificiô diffractum novi saxum, duodecim molares lapides portionibus suppeditans suis. Ne mirare, verum est, moli-tores seu moletrinæ si consulueris artifices, vel potius experientiam ipsam.

DLXXXV. *Quercus marina*, Lob. ic. pag. 255. o. Tab. lib. 3. fol. 670. Clus. Hisp. pag. 25. Clus. hist. lib. 1. fol. 21. *Fucus maritimus*, vel *Quercus maritima* vesiculas habens, C. B. Pin. pag. 365. *Meer oder See-Eich*/ Tab. *See-Eich mit Blasen*. Chamarum testis & lapidibus ferrumine quasi quôdam affirmatur, radice destitutâ. Folia e-jus atrô sunt virore, recenter è mari expulsa: siccata nigre-scunt, & glutinis instar splendent. Succi est ferruginei & stiptici. *Im Germanischen und hinter Küthen*. Copiosius in littoris glessaria ejecta, succini parum promittit legenti-bus. Fuci verò marini quô plus egeritur, eò uberior gressi seges.

DLXXXVI. *Quinqefolium majus repens*, C. B. Pin. pag. 325. *Quinquefolium vulgare quartum*, Tab. lib. 1. fol. 436. *Quinquefolium majus luteum*, Fuchs. fol. 624. *Quinquefolium*, Matth. Bauh. In Matth. fol. 719. Cord. in Diosc. fol. 64. Cæs. lib. 14. cap. 19. pag. 554. *Quinquefoli-um*, sive *Pentaphyllum vulgare*, Lob. observ. fol. 393. *Quinquefolium majus*, Dod. *Lateinisch*/ fol. 116. *Pentaphyllum*, Gesn. hort. fol. 271. *Pentaphyllum repens*, Cam. hort. p. 119. *Pentaphyllum primum & secundum*, Lon. *Deutsch*/ fol. 242. *Pentaphyllum minus* Brunf. *Lateinisch*/ tom. 2. fol. 34. *Pentaphyllum vulgare*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 505. Pen-

Pentaphyllum majus, Thal. pag. 88. Gemein Fünff-Finger-Kraut / Tab. Groß Fünff-Finger-Kraut / Fuchs. Fünff-Blatt / Fünff-Finger-Kraut / Matth. Klein Fünff-Finger-Kraut / Brunf. Groß gemein kriechend Fünff-Finger-Kraut. Radice est oblongâ, foris nigricante, intus subrubente: Cauliculis rotundis virentibus, quaquà versùm humi reptantibus fragariae instar, & latè se diffudentibus: foliis quinquefoliis, viridibus, oblongis, serratis, pediculis longiusculis: floribus Anserinæ luteis, itidem longis petiolis instructis. Reliqua inter quinquefolia efficacissimum, & officinale usuale. Radices, folia & flores vehementer sed citra morsum ac manifestum calorem adstringunt, & siccant tertio recessu, venenæ ac pesti resistunt, & sangvinem undecunque fluentem cohibent. Radix decocta, ac triginta dies pota epilepsia medetur. Auf dem Tragheimischen Kirchhoffe. Item Bey der Schwanischen Mühl. Quinquefolium optimum sub elevatione poli graduum 45. 46. 47. 48. 49. natum, ac effosum Sole primum Arietis gradum inhabitante.

DLXXXVII. Qvinquefolium minus repens luteum, C. B. Pin. pag. 325. Klein kriechend Fünff-Finger-Kraut. Qvinquefolii minimum genus, vel primum, Trag. Kyber. in Trag. 505. Pentaphyllum minus luteum, Adv. Lob. fol. 307. In locis arenosis passim bey S. Albrecht.

DLXXXVIII. Qvinquefolium minus repens lanuginosum luteum, C. B. Pin. pag. 325. Pentaphyllum sive Qvinquefolium minus, Tab. ic. pag. 123. Qvinquefolii quarti flavo flore prima species, Clus. hist. lib. Qvinquefolii quarti secunda species, Clus. Pann. pag. 429. Klein kriechend Fünff-Finger-Kraut unten mit Aschfarben Blättern. Gemein Klein Fünff-Finger-Kraut / Tab. Foliis est suprà viridibus, infra

infrà cinereis, flosculis croceis. Radix & folia cum adstrictione siccant. In saxosis passim bey Königsberg.

Quinquefolium folio
eo. C. B. Pin. 325.

DLXXXIX. Qvinquefolium erectum luteum dorso foliorum incano. Joh. Lœs. Stehend Fünff-Finger-Kraut/ dessen Blätter auf einer Seiten ganz weiß. Radice est longiuscula, ex atro rufescente, & fibrosa: caulinis erectis cubitalibus, rufulis, lanugine candida, fastigium versus pubescentibus, & in ramulos abeuntibus: Foliis inferioribus longissimo albicante & hirsuto pediculo innitentibus, qui in reliquis brevior. Dividuntur autem folia in quinque lacinias, ex angusto ampliatas, per ambitum profundius incisas, superiore parte virescentes, dorso incanas. Flores habet croceos, quinquefolios, staminulis aureis, quos insequitur minutissimum semen, Bey der Kneiphofischen Wind-Mühl in arenosis.

Villa Norvegica. L.

DXC. *Qvinquefolium hirsutum luteum paucioribus laciniis. Joh. Lœs. Gelb raug Fünff-Finger-Kraut mit wenigern Blättern. Radix foris ex pullo ruffa, intus albicans & lignosa, longis fibris, caulinos edit cubitales, sèpè & maiores, rotundos, virides, hirsutos, multifariam brachiatos ac humili procumbentes, quibus folia adnascuntur oblonga, in tres tantum lacinias divisa, longis suffulta pediculis, pronâ parte virentia, dorso pallido, hirsutie villosa, per oras incisa, duobus aliis ad exortum pedicularum foliolis instructa, ex quibus novi subinde se emergunt thyrisci. Cacumina horum luteis exornantur flosculis, foliolis sustentatis suis, quibus succedit capitulum exile, frago haud absimile, in minutissima & facilè diffluentia semina transiens. Am Altstädtischen Wall nicht weit vom Baum.


DXCI. Qvinquefolium palustre rubrum, C. B. Pin.
pag.

Nº. 70. ad pag. 218.



Quinquefolium hirsutum
luteum paucioribus
lacinis.

Potentilla Norvegica. L.



pag. 178. Lob. ic. pag. 674. Tab. lib. 1. fol. 132. Gelbe Wald-Violen. *Ranunculus phragmites* flore luteo, Gesn. hort. fol. 246. *Ranunculi sylvestris* alterum genus, Trag. Kyber. in Trag. p. 97. *Ranunculi quarta species* lutea, Fuchs. fol. 162 *Anemone sexta*, Dod. Lat. fol. 435. *Ranunculus nonus*, Lon. deutsch fol. 199. *Ranunculi tertia species*, Cord. hist. fol. 120. *Ranunculus nemorosus* flore luteo, Adv. Lob. fol. 300. Eystett. *Anemone montana* colore luteo, Cæs. lib. 14. c. 10. pag. 549. Ein unbekant Wald-Kraut. Brunf. deutsch fol. 111. *Herba sylvestris ignoti nominis*, Brunf. Lateinisch/ tom. 2. fol. 80. Geel Aprillen-Blumen. Geel Wald-Hänlein. Tab. Lon. Fuchs. Geele Hasel-Blumen quibusdam. Vis ei exulcerans. Bey Lauten-Mühl in fruticetis.

DXCIII. *Ranunculus nemorosus* albus, Tab. lib. 1. fol. 132. *Ranunculus nemorosus*, Lob. ic. pag. 673. *Ranunculus candidus*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 74. *Ranunculi quarta species* lactea, Fuchs. fol. 161. *Ranunculi quarta species*, Cord. hist. fol. 120. *Ranunculus sylvarum*, Clus. hist. lib. 2. fol. 247. *Anemone quinta*, Dod. Lateinisch fol. 435. *Anemone sylvestris vulgaris* flore niveo, Clus. Pann. pag. 385. *Ranunculus octavus*, Lon. deutsch/ f. 199. *Ranunculus phragmites* flore albō, Adv. Lob. fol. 300. *Anemone montana* colore candido, Cæs. lib. 14. cap. 10. pag. 549. *Ranunculi tertii*, tertium & quartum genus, Thal. pag. 96. & 97. *Anemone nemorosa* flore majore, C. B. Pin. pag. 176. Weiß Aprillen-Blumen / Sebitz. in Trag. Weiß Wald-Händlein/ Tab. Fuchs. Lon. Augen-Wurz/ und weiß Hirsch-Blum quibusdam. Weiße Violen Boruss. πυρωλίνος est, lingvam acredine vellicans. Succus vertucas aufert illitu. Ternos ejus flores, intuitu primo, verno

tempore notatos ac totidem Hepaticæ nobilis, superstitionis plebs ingerit adversus febrim, quam metuit. In sylvis & frumentis passim. Vere primo.

DXCIV. *Ranunculus nemorosus Muscatellina dictus*, C. B. Pin. pag. 178. *Aristolochiæ rotundæ concavæ similis herbula*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 608. *Moschatella, Cord. hist. fol. 172. Moschatella Cordi, Thal. pag. 78. Moschatella, Cam. hort. pag. 103. Fumaria bulbosa seu tuberosa minima*, Tab. ic. p. 39. *Ranunculus minimus Septentrionalium herbido musco flore & Muscatella Cordi, Lob. ic. p. 674. Biesem Hanen Fuß. Kleinstes Hollwurz/ Biesem Kraut/ Tab. Acris est & moschum olet. In der Hollen-Grund passim.*

Ranunculus montanus. DXCV. * *Ranunculus nemorosus hirsutus foliis Caryophyllatæ*. Joh. Lœs. *Rauher Wald Hanen Fuß mit Benedicten Wurz Blättern*. Radix è filamentis longiusculis constituta caulem emittit hirsutum in summitate ramosum, cui alternatim assistunt folia, profundis & minus profundis incisuris, hirsuta, thyrsulis longis insistentia, quorum inferiora in latiore solo nonnunquam tam grandia, ut digitis expansis peripheria vix exauriri possit. Sæpius tertiam partem ejus granditatis haut sunt, & subsequentia folia longè minora. Cauliculus ubi promit caulis in exortu, terna iis committit folia, mox cuminumibus eorum flosculos indulget aureos, foliolis quinque constantes, semine post in capitulis congesto. Floret Mense Mayo. *Bey Selnicken in fruticetis. Item im Penartischen Walde/ und in der Hollen-Grund.*

DXCVI. *Ranunculus pratensis erectus acris*, C. B. Pin. pag. 178. *Ranunculus luteus*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 73. *Ranunculus pratensis surrectis cauliculis, Lob.*

No 71 ad pag. 220.



*Ranunculus nemorosus hirsutus
foliis Caryophyllatae.*

Ranunculus Lajuginosus. L.C.



Lob. ic. p. 665. *Ranunculus sylvestris* & *secundus*, Tab. lib. I. fol., 131. *Ranunculus hortensis secundus*, Dod. Lateinisch / fol. 426. *Ranunculus polyanthemus maculatus*, Thal. pag. 98. Aufgerichtet stehend scharffer Wiesen-Hanen-Fuß / wilder Hanen-Fuß. Tab. Gelb Hanen-Fuß. Sebitz. in Trag. Acker-Hanen-Fuß quibusdam. Folia Persicariæ instar nonnunquam maculantur, & tūm vehementius urunt. In pratis passim.

DXCVII. *Ranunculus pratensis repens hirsutus*, C. B. Pin. p. 179. *Ranunculus pratensis etiamq; hortensis*, reptante caulinco, Lob. ic. p. 664. *Ranunculus hortensis primus*, Dod. Lateinisch / fol. 425. *Ranunculus vinealis*, Batrachium vineale, Tab. ic. pag. 54. Kriechender Wiesen-Hanen-Fuß / Weingart-Hanen-Fuß / Weihen-Fuß / Tab. In hortis proveniens latioribus est foliis, in pratis minoribus. Calidus & exurens est. In arvis passim.

DXCVIII. *Ranunculus pratensis radice verticilli modo rotunda*, C. B. Pin. pag. 197. *Crus galli*, Brunf. Lateinisch / tom. I. fol. 145. *Ranunculus bulbosus*, Lob. ic. p. 667. Thal. pag. 96. *Ranunculus radice bulbosâ*, Cam. hort. pag. 136. *Ranunculus tuberosus*, vulgo Rapum D. Antonii, Dod. Lateinisch / fol. 431. *Ranunculus exiguus & primus*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch / fol. 73. *Ranunculi tertia species*, Fuchs. fol. 160. *Ranunculus minor*, flam-mula, seu *Ranunculi nona species*, Cord. hist. fol. 121. *Ranunculus minor*, Tab. lib. I. fol. 131. *Ranunculus quintus*, Bauh. Matth. fol. 459. Lon. deutsch fol. 199. *Ranunculus flammula dictus*, Gesn. hort. fol. 275. *Ranunculus lanuginosus primus*, Cæs. lib. 14. c. 2. p. 544. Vulgo Rapum Divi Antonii, Dod. Lateinisch / fol. 431. *Brenn-Kraut* / Hanen-Fuß

Fuß mit runder Wurzel. Kleiner Hanen-Fuß/ Tab. Brunf. Fuchs. Der kleine und schalchastige Hanen-Fuß/ Sebitz. in Trag. Drüs-Wurz/ Lauben-Fuß/ Lon. Hanen-Fuß oder Gleiß-Blumen die fünsste/ Matth. Rüben-Hanen-Fuß vulgo. Gehößlete Gleiß-Blümlein/ Helvet. Gesn. hort. In locis saxosis minor est, in hortis altior, in pratis medioximus. Radix quotannis nova exoritur, veteri deorsum missa. Pesti correptorum juxta Tragum eadem cum sale tusa femori aut brachio utiliter affirmatur, virus evocandi causâ: Locum quippe celerimè exulcerat, vesicâ inductâ. Bey Königsberg passim. Nach der Lauten-Mühl 3.

DXCIX. Ranunculus arvensis echinatus, C. B. Pin. pag. 179. Ranunculus arvorum Lob. ic. pag. 665. Ranunculus arvensis angustifolius sive decimus quartus, Tab. lib. i. fol. 134. Ranunculus arvensis, Gesn. hort, fol. 275. Ranunculus sylvestris tertius, Dod. Lateinisch fol. 427. Ranunculi hortensis simplicis prima species, Fuchs. fol. 157. Ranunculus sativus, Fuchs. ic. pag. 86. Ranunculus arvensis sive quinta species, Cord. hist. fol. 120. Acker-Hanen-Fuß mit stachlichten Köpfen. Acker-Hanen-Fuß/ Tab. ungeföllter Garten-Hanen-Fuß/ Fuchs. Flosculis provenit luteis, quibus semen succedit spinis horrens. Am Weiseltame/ ubi trajectus pontone Dantisco Elbingam versus.

DC. Ranunculus palustris Apii folio levis, C.B. Pin. pag. 180. Glatter Eppichblättriger Wasser-Hanen-Fuß. Apium aquaticum, Trag. Kyber. in Trag. pag. 93. Ranunculus palustris rotundiore folio, Lob. ic. pag. 669. Apiastrum primum, Cord. in Diosc. fol. 57. Ranunculus palustris Cord. hist. fol. 119. Thal. pag. 99. Ranunculus palustris folio Apii, Cam. hort. pag. 136. Ranunculus palustris sive tertius, Tab. lib. i. fol. 131. Ranunculus primus, Bauh. Matth.

Matth. fol. 457. Ranunculi primum genus, Gesn. hort. fol. 275. Ranunculus tertius, Lon. deutsch fol. 198. Wasser-Hanen-Fuß / Tab. Lon. Wasser-Eppich / Brunf. Lon. Frisch-Pfeffer / Feig-Blattern-Eppich / vulgò. In locis uliginosis passim.

DCI. Ranunculus palustris Apii folio lanuginosus, C. B. Pin. pag. 180. Ranunculi secunda species, vel Sardous Ranunculus Cord. hist. fol. 119. Ranunculus secundus, Bauh. Matth. fol. 458. Rauher Eppich-blätterichter Hanen-Fuß. Hanen-Fuß oder Gleiß-Blum die andere, Matth. Lanuginosus est, & plusculis foliorum incisuris. In incultis & arenosis passim bey Königsberg.

DCII. Ranunculus aquaticus folio rotundo & capillaceo, C. B. Pin. pag. 180. Wasser-Hanen-Fuß theils mit runden theils mit haarächtigen Blättern. Ranunculus aquaticus Hepaticæ facie, Lob. ic. pag. 75. o. Ranunculus fluviatilis, Tab. lib. I. fol. 144. Ranunculus aquatilis, Dod. Lateinisch fol. 587. Wasser-Hänlein / Tab. Flüß-Hänlein / Flüß-Hanen-Fuß / Wasser-Leber-Kraut / Flüß-Leber-Kraut und Wasser-Leber-Blümlein vulgò. In lacunis auf der Alstädtischen Klapper-Wiesen.

DCIII. Ranunculus longifolius palustris major, C. B. Pin. pag. 180. Ranunculus lanceatus major, Tab. lib. I. fol. 135. Ranunculus ~~πλατύφυλλον~~, Thal. p. 100. Gross lang Wasser-Hanen-Fuß / Tab. Grosser Speer-Hanen-Fuß vulgò. Circa radicem, quæ ex filamentis constituitur, caulinuli concavi ac geniculati notantur iisque repentes, à Tabern. omitti, quorum singulis geniculis additæ sunt fibræ, radicationi destinatae. Filamentis illis tenaciter affirmari conspicies corpuscula quædam oblonga ac nigricantia, ex quibus

tractu temporis prodeunt muscæ subvirides, ac velut auratæ, alas sub velamentis gestantes, quæ circa finem mensis Augusti avolant, nidulis suis post se relictis. Accidit hoc in Museo meo, ubi, postquam ranunculum quatuordecim ferè dies servâsssem, ac corpusculum unum, jam nonnihil lacerum, aperuissem, exiit musca lento gressu, qvæ apricitate diei excitata paulò pôst avolabat, me spectante. Provenit in der Hollen-Grund. Item hinter Fischhausen in pratis uliginosis.

DCIV. Ranunculus palustris serratus, C. B. Pin. p. 150. Ranunculus aquatilis angustifolius serratus, Lob. ic. pag. 670. Flammula Ranunculus folio serrato, Dod. Lateinisq. fol. 432. Ranunculus lanceatus serratus, sive decimus nonus, Tab. lib. I. fol. 135. Langer Wasser-Hanen-Fuß Tab. Ge-kersst Speer-Kraut/ und gekersst Langer Wasser-Hanen- Fuß vulgò. In humidis & riguis passim. Radix denti ero-fo inserta, excidium ei parat. In affectu febrili rustici hōc utuntur Ranunculō. Ranunculi hujus folia manuum carpis, ubi arteriæ subsultim ludunt, paroxysmo ingruente, affirmata, die naturali elapso remota, ac flammis cremata, quartanam febrim expugnant, vicibus tribus ante paroxysmum re instituā. Flammulam ranunculum ab ullo unquam ore assumptum fuisse, nuspam invenio apud Botanicos. Verū ex vulgo sunt, qui eundem in scorbuto præsentissimum esse præsidium clamitant, ac multos eo restitutos dicitant. Capiunt autem succi libram unam, commiscēt vini Francici libras duas, maceraturi tempus benè longum miscellam. Pôst dimidium cochlear porrigunt scorbuticum malum vel metu-entibus, vel nutrientibus. A credinē medicamenti in ven-triculo si sentiunt assumentes, indicium est, satis fuisse assumptum, si minus, cochlear totum ingerendum præbent. Ra-nun-

nunculi folia colligenda, Sole in & hærente: flores Sole 15. & inhabitante.

DCV. Ranunculus montanus Aconiti folio flore globoso, C.B. Pin. p. 182. Hanen Fuß mit Wolffwurz Blättern/ und Kugelrunden Blumen. Ranunculus alpinus luteus, sive undecimus, Tab. lib. 1. fol. 133. Trollius flos, Gesn. in monte fracto. Trollius flos ampliore flore & aureo. Clus. Pann. pag. 372. Ranunculus sextus, Bauh. Matth. fol. 459. Anemone montana quædam, Gesn. hort. fol. 247. Ranunculus flore globoso, Dod. Lateinisch. fol. 430. Eystett. Ranunculus montanus alpinus glomeratus, Lob. ic. pag. 675. Ranunculus globosus sive montanus, Cam. hort. pag. 137. Alphanen Fuß. Tab. Troll Blum/ Glocken Blum quibusdam. Ad pratorum margines beym Penartischen Walde.

DCVI. *Ranunculus aconitifolius folio rotundo ad radicem præstolante. Joh. Lœs. Hanen Fuß mit Wolfs- wurzhafstigen Blättern/ da ein rundes Blat an der Wurzel sitzt. Radix ex filamentis albido exstructa, caulem edit cubitali, rotundum, viridem, fastigium versus brachiatum & geniculatum: imo geniculo folium undecim laciniis circumferratis & virentibus superbiens, reliquis geniculis folia paucioribus divisuris assident, queis subservit aliud degener folium, orbiculatum & crenatum, petiolum longum à radice mutuans: flosculis est croceis in caulium summo hæsitantibus. In Districtu Elbingensi, & quidem in cavâ valle, juxta tramitem Pfaffen Steig/ quâ itur à pago Lenzen ad pagum Dörbeck. Item bey Lauten Mühl. Mensa Majo.

DCVII. Raphanus sylvestris, Fuchsl. fol. 660. Thlaspi alterum, Diosc. lib. 2. c. 186. ραφανίς ἀγέια, Diosc. lib.

Ranunculus
folius vernus, syl-
major, vel laevi-
bus, Shore seu Cal-

Breyn Prodri. 1. 4.

lib 2. c. 138. Raphanus major, Trag. Seb. in Trag. deutsch f. 584.
 Gesn. hort. fol. 275. Raphanus vulgaris seu rusticanus, Bauh.
 Matth. f. 350. Thlaspi majus, Cord. in Diosc. f. 46. Lon. deutsch
 fol. 196. Thlaspi magnum. Cæs. lib. 8. cap. 78. pag. 367.
 Raphanus rusticanus, C. B. Pin. pag. 96. Raphanus rusticana-
 nus crassa radice, Lapathii folio, Lob. ic. pag. 320. Rapha-
 nus rusticus, Cam. hort. pag. 138. Raphanis magna, Radi-
 cula magna, aut rusticana, Dod. Lateinisch/ 677. Raphanus
 marinus Tab. lib. 2. fol. 124. Raphanus agrestis sive Ar-
 moracia, Brunf. Lateinisch/ tom. 3. fol. 197. Meerrettich/
 Tab. Fuchs. Sebitz. in Trag. Lon. Kreeu/ Matth. Merrich
 oder Bauren-Senff quibusdam. Calidus tertio, siccus se-
 cundo; tum radice, tum semine, crassa incidit, obstructa ape-
 rit, renes expurgat, urinas mensesque ciet, calculos commi-
 nuit, & scorbuticos juvat. Folia decocta & cum oleo in ca-
 taplasma aptata, jecoris ac lienis duries molliunt, & urinæ
 stillicidio auxiliantur, Dod. In prato beyni Mühlen-Fluß
 zu Schwantis. Semen nullum fert, Autore Gesnero in
 Hort. fol. 196. Raphanus pœna olim erat adulterorum. In
 Attide qui alterius vitiasset uxorem, raphano per obſcœna
 afficiebatur, ut eâ ignominia notatus, à contagio alienæ uxo-
 ris abstineret. Apud Cumæos contrà adultera asino impo-
 sita traducebatur, dicebaturque ὄνθας, teste Plutarcho in
 Quæſtionibus Græcis. Pœna autem raphano iliata ραφαί-
 δοτις, h. e. raphani in podicem impulsio, dicebatur Atheni-
 ensibus, unde ραφαίδως, qui tali pœnâ excruiciabantur:
 quemadmodum ωραῖλεως, quibus vibrissæ ē naribus, &
 pili ē pudendis, ob adulterium, evellebantur. Insignem
 verò dolorem ex raphanidosi patiebantur mœchi, majorem
 ex mugili, omnium sævissimum ex scorpio pisces. Juvenalis:

- - - quosdam Mæchos & mugilis intrat.

Hora-

Horatius aliud quid adultero, alienas permolere uxores dedito,
accidisse memorat, lib. I. Satyr. 2.

*Hunc perminixerunt calones, quin etiam illud
Accidit, ut cuidam testes caudamque salacem
Demeteret ferrum. jure omnes: Galba negabat.*

Notandum hic esse censeo (ut extra oleas ferar sit venia,) vim vulgaris raphani ελκυστικήν, quā orbes stanneos vel ligneos cum adstantium stupore attollit hoc modo: Capitulum raphani cum herbidae caulium substantiā assulosè abscissum, sali communi immittatur, mox creberrimo circumactu in meditullio orbis factō, ut sal liquefaciat, orbi fortiter imprimitur, quo pressu & agitatū capitulum orbi ita affirmatur, ut in altum eundem sustollat, servetque diu. Reliquum quicquid est raphani cum radice, ægrius idem præstat, quod saepius sum expertus. Causam rei alibi evolvemus.

DCVIII. Raphanus aquaticus foliis in profundas lacinias divisis, C. B. Pin. pag. 97. Radicula sylvestris, Dod. Lateinis̄/ fol. 677. Raphanus sylvestris officinarum aquaticus, Lob. ic. pag. 319. Raphanus aquaticus Tab. lib. 2. fol. 123. Sisymbrium sylvestre, Cæf. lib. 8. cap. 69. pag. 362. Wässerrettich mit tieff zerschnittenen Blättern/ Wässer-Rettich/ Tab. Wilder Rettich vulgo. Foliis est nunc brevioribus & angustioribus, quorum ambitus quandoque est serratus, quandoque profunde incisus: nanis flosculis luteis, ramusculos caulium exornantibus, & in minutas siliquas desinentibus: radice gustu acri & mordace. In lacunis bey der neuen Brück.

DCIX. Raphanus aquaticus alter, C. B. Pin. pag. 97. cuius icon in Prod. pag. 38. Rapistrum aquaticum, Tab. lib. 2. fol. 118. Wässer-Hederich/ Tab. Radix copiosissimis filamentis

mentis caules promit, inferiùs magnis & latis instructos foliis, quæ cacumina versùs sensim angustantur, acuminantur & incidentur. Caulium summitates flosculis candidis, stellatis exornantur. In Danziger Werder milliare dimidium ab urbe circa fossam.

DCX. Rapistrum flore luteô, C. B. Pin. pag. 95. Rapistrum, Brunf. Lateinisch tom. 3. fol. 159. Dod. Lateinisch fol. 675. Gesn. hort. fol. 275. Sinapis agrestis alterum genus Trag. Kyber. in Trag. pag. 100. Lampsana, Bauh. Matth. fol. 356. Lon. deutsch/ fol. 225. Lampsana flore melino, Tab. lib. 2. fol. 118. Rapistrum arvorum, Lob. ic. 198. Raphani altera species in arvis proveniens, Cord. in Diosc. fol. 44. Radix sylvestris, Cæs. lib. 8. cap. 55. pag. 353. & 354. Hederich/ Brunf. Nostrates verulæ olera decocturæ his plerumque ammiscent folia tenella rapistri lutei, commendata sapore toties. Hederich/ oder Heiden-Rettich/ Lon. Acker-Kohl mit bleichgelben Blumen/ Tab. Kündig Nostratibus. In arvis passim. Foliis est nunc incisis, & sinuatis, nunc integris.

DCXI. Rapunculus spicatus, C. B. Pin. pag. 92. Grossse Rapunzel mit einer Fuchs-Schwanz-Aehr. Rapunculum sylvestre, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 576. Lon. deutsch fol. 224. Rapunculus quintus, sive nemorosus primus, Tab. lib. 2. fol. 120. Rapunculum alopecuron, Dod. Lateinisch fol. 165. Rapunculus sylvestris spicatus albens, Thal. pag. 94. Phyteuma foliis rapunculi, Cæs. lib. 9. cap. 30. pag. 386. Rapuntium majus Alopecuri comoso flore, Lob. ic. pag. 329. Adv. Lob. fol. 140. Rapunculus flore spicato albo, Cam. hort. pag. 138. Rapunculus alopecuroides longiore spicâ Clus. hist. lib. 5. fol. 173. Wald-Rapunzel

Convolvulus



Nº 73. ad pag. 229.



Ranunculus scabiosæ capitulo candido.

ſel/ Tab. Sebitz, in Trag. Lon. In umbrosis bey Gladau.
Item im Penartischen Walde.

DCXII. Rapunculus scabiosæ capitulo cœruleo, C. B. Pin pag. 92. Rapunzel mit blauen scabiosen- Käpflein. Scabiosa minor, Dod. Lateinisch/ fol. 122. Scabiosa sylvestris minor cœrulea, Eystett. Rapuntium montanum capitatum Leptophyllum, Column. min. cogn. stirp. & rar. part. i. pag. 227. Scabiosa media, Lob. ic. p. 536. Scabiosa media serrato angustifolio flore globulariæ, Adv. Lob. fol. 232. Schaaf- Grind-Kraut / Apostemen-Kraut mit hochblauer Bluhm. Folia modò lœvia sunt, modò hirsuta. Icones apud Lob. & Dod. etiam crenas foliis assignant, quas observare in nostrate hactenus non licuit. In incultis præsertim siccoribus passim.

DCXIII. *Rapunculus scabiosæ capitulo candido. Joh. Lœs. Schaaf-Grind-Kraut / Apostemen-Kraut mit weißer Bluhm. Foliis est angustis, tenuibus, lino æmulis, leviter crispatis, ac hirsutis, quæ circa radicem numerosissima. Thyrsulis protensis, rotundis, viridibus, quorum intermedium mediâ suâ parte nudus. Summitati eorum flosculus insidet, albus, conglomeratus, figurâ conglobatâ, qui paulatim præsior dilatatur. Radix villosa albicat. Beym Löbnichtschen Walde in incultis.

DCXIV. Rapunculus persicifolius magno flore. C. B. Pin. pag. 93. Pfirsichen-blätterig Rapunzel mit gros- sen blauen Glocken-Blumen. Campanula persicifolia no- stras, Lob. ic. pag. 327. Campanula persicæ folio, Clus. hist. lib. 5. fol. 171. Phyteuma, Bauh. Matth. fol. 827. Phy- teuma Marthioli, Cam. hort. pag. 125. Campanula angu- stifolia, Tab. lib. 2. fol. 33. Campanula media, Dod. Latei- nisch/ fol. 166. Rapunculus campanulatus Nerii folius pri-

mus, Thal. pag. 95. *Campanula alba & cœrulea*, Eystett. *Klein Glöcklein* Tab. *Blaue Glocken* quibusdam. Flore conspicitur modò cœruleo, modò albo, hinter Latten-Walde im See-Gebirge; item bey Rumänen in umbrosis.

DCXV. *Rhamnus catharticus*, C. B. Pin. pag. 478. *Purgierende Stechdorn oder Creuz-Beer*. *Spina cervina* vulgò dicta *Ialis*, Gesn. hort. fol. 282. *Spina alba* Lon. deutsch fol. 59. *Spina infectoria*, Bauh. Matth. fol. 144. Lob. ic. pag. 181. o. *Spina infectoria pumila prima*, Clus. hist. lib. 1. fol. III. NB. vid. Bauh. loc. cit. sub No. IX. *Rhamni alia species*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 979. *Cervis-pina*, Cord. hist. fol. 175. *Rhamnus solutivus*, Dod. Lateinisch fol. 756. *Spina cervalis vulgò*, Cæs. lib. 3. cap. 17. pag. 101. *Creuz-Beer* Lon. *Wegdorn-Beer* Kyber. in Trag. *Creuz-Holz* Nostratisbus; *Folia refrigerant & siccant*. *Baccæ gustù amaræ & nonnihil adstringentes*, calidæ & siccæ sunt ordine secundo, humores serosos, biliosos ac pituiteos purgant, pollinis drachmâ 1.sumptâ. *Syrupus ex succo baccarum*, qui domesticus nominatur in arthritide cachexia, hydrope, & paralyse commendabilis est. *Baccæ virides ac immaturæ croceum præbent colorem*: nigræ verò ac maturæ cum modico aluminis in mortario pistilli circumactu tritæ, saturatè viridem, quem *Safft-grün* nominant. Suppeditant & puniceum colorem, circa festum Martini ab arbore lectæ. *In der Hollen-Grund*; Item bey Lauten-Mühl inter fruticeta.

DCXVI. *Rhamnus salicis folio angusto, fructu flavescente*, C. B. Pin. 477. *Schmaler Weiden-blättriger Stechdorn*. *Rhamnus secundus*, Matth. deutsch fol. 48. Dod. Lateinisch fol. 755. Lon. deutsch fol. 76. Clus. hist. lib.

lib. i. fol. 110. Clus. Hisp. pag. 67. Rhamnus primus Dioscoridis creditus, Lob. ic. pag. 180. o. Oleaster Germanicus, Cord. hist. fol. 186. Rhamnus quorundam, Cam. hort. pag. 139. Stechdorn der ander. Matth. Lon. Rothe Schlehen Borussis. Ad littus maris passim. Bey Dirschkeim. Item bey der Valga am Hafe. Rhamni alterum genus Cæl.

DCXVII. Ros solis folio rotundo, C. B. Pin. pag. 357. Rund-blättriger Sonnen-Thau. Ros solis, Dod. Lateinisch/ fol. 474. Cam. hort. pag. 142. Lon. deutsch fol. 304. Rorella minor prima, Tab. lib. 2. fol. 490. Rorella sive ros solis, Eystett. Rorida sive Ros solis major. Lob. ic. pag. 811. Salsirora, seu sponsa solis, Thal. pag. 116. Sonnen-Thau/ Lon. Kleiner Sonnen-Thau der erste / Tab. Sindau und Sonnen-Löffel quibusdam. Hinter dem Krantz-Krige diesseits den Sand-Bergen nach der Sarckau zu copiosissimè. Item bey Schwanis in muscosis. Item bey Schreitlacken im Gebrüch. Planta hæc ipsâ meridie guttata est, guttulis se rorans, unde nomen herbæ. Mirabilius est, in Insula Ferro, ex Canariis unâ, omnis pluvia, rivorum ac fluminum experte, arborem dari cottidie foliis suis aquam stillantem lympidam, ac gustu svavem, ad quam hauriendam homines accöteræ animantes ex totâ cursim currunt Insulâ sitis pellendæ causâ. Foliis crescit nucis juglandis, fructus fert querçus. In Itinerariis passim.

DCXVIII. Rosa sylvestris vulgaris flore odorato incarnato. C. B. Pin. 483. Wilde Fleisch-farbe riechende Hahnbotten oder Feld-Rosen. Cynosbatus Dioscoridis, Lon. deutsch. fol. 61. Rosa sylvestris, Bauh. Matth. fol. 166. Tab. lib. 3. fol. 788. Gesn. hort. fol. 276: Dod. Lateinisch/ fol.

fol. 186. *Rosa sylvestris odorata incarnato flore.* Eystett. *Rosa sylvestris primum genus,* Trag. Sebitz. in Trag. Deutsch/ fol. 773. *Rosa canina odorata,* & *sylvestris Rosa,* Lob. ic. pag. 210. o. *Cynosbatos,* sive *Cynorrhodos procerior,* Cord. in Diosc. fol. 19. *Rosa canina,* Cam. hort. pag. 146. *Rosa sylvestris altior,* Cæs. lib. 3. cap. 10. pag. 97. *Cynorrhodos seu Rosa canina,* Thal. pag. 35. *Hedc Rosen/ Tab.* Sebitz. in Trag. *Hanbutten oder Han Rosen/* Lon. *Feld-Rosen/ Frauen-Rose/ Marien-Dorn/ Korn-Rose/ Haber-Rose/ Hund-Rosen/ Büttel-Rosen/ Heyd-Rose vulgò.* *In der Hollen-Grund inter fruticeta passim.* Item bey *Sünniken* alibique. *Spongiola aliquando adnascitur.* Vid. Dod. loc. cit.

DCXIX. *Rubus vulgaris,* sive *Rubus fructu nigro,* C. B. Pin. pag. 479. *Schwarze Brom-Beeren.* *Rubus, Brunf.* Lateinisch/ tom. 2. fol. 186. Matth. Deutsch fol. 427. Lob. ic. pag. 211. o. Lon. Deutsch/ fol. 57. Fuchs. fol. 152. Dod. Lateinisch fol. 742. *Rubus primus,* Cæs. lib. 3. c. II. pag. 28. *Rubus arvensis,* Tab. lib. 2. fol. 587. *Rubus grandis & secundus,* Trag. Sebitz. in Trag. Deutsch fol. 660. *Rubus Batis,* Adv. Lob. fol. 446. *Rubus vulgaris,* Gesn. hort. fol. 277. Thal. pag. 102. *Brombeerens/ Brunf.* Fuchs. Lon. Tab. *Brombeer/ Bremen/* Matth. *Bey der Altstädtischen Ziegelscheune.* Item bey *Fischhausen im Rosen-Pusch* copiosè, qui locus verius rubetum dici posset. *Rubus hic virgultis grandioribus retrorsùm reflexis ad terram inclinat, reptatu propagationem acqvirens,* foliis est hirtis aculeatis, ac vegetis, deciduis tūm demūm, ubi novella pululant folia. *Fructus niger est, sapore dulcis, cum acre grato.* *Refrigerat & siccat Aut.* Diosc. *Galeo turiones aqueæ*

aqueæ sunt substantiæ cum modicâ adstrictione. Fructus maturus temperatus est dulcedine suâ, & nonnihil adstringens: immaturus acerbis, vehementius siccans & adstringens. Folia decocta foriolas juvant, dysentericos ac mulieres nimio menstruorum fluxu discriuiatas. Salmonius apud Athenæum rubi fructum appellat Batium. Rubus βάτης est, inde vox βάθος. Rudimentum fructus rubi, vel mori, olim spica vocabatur, quia spicæ simile. Sophocles:

*Primum quidem cernes candidam que floret spicam,
Deinde teres atq; puniceum morum.*

Succo mororum acidorum olim mulieres faciem fucabant, ac inde οὐωπιασμέναι vocabantur. Pugnis eo nomine à maritis exceptæ, verius οὐωπιασμέναι dici possent, à livore oculos & faciem sugillante.

DCXX. Rubus repens fructu cœsio. C. B. Pin. pag. 479. Rubus minor, Dod. Lateinisch fol. 742. Rubus humilis Belgicus, Clus. Pann. pag. 115. Clus. hist. lib. 1. fol. 118. Rubus humilis & primus, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch f. 660. Rubi alterum genus, Cæf. lib. 3. cap. 11. pag. 98. Rubus reptans, Adv. Lob. fol. 446. Rubus hic cœsio fructu virgultis suis spinosis terræ se insinuat, ac novis radiculis impetratis sui generationem uberioris promovet, agros sæpè totos occupando. Fructus cœruleus sapore est dulci. Blaue Krähe Beeren Nostratisbus. In arvis passim.

DCXXI. Rubus idæus spinosus, C. B. Pin. pag. 479. Rothe Hind-Beeren. Rubus idæus, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 660. Matth. deutsch f. 428. Lob. ic. pag. 212. o, Gesn. hort. fol. 277. Thal. p. 102. Dod. Lateinisch fol. 743. Rubus idæus Dioscoridis, Lon. deutsch fol. 58. Rubus idæus vulgaris Clus. hist. lib. 1. fol. 117. Rubus idæus exilibus

spi-

spinis, Cord. in Diosc. fol. 63. Rubus rertius montibus proprius, Cæs. lib. 3. cap. II. pag. 98. Hindt / Beeren. Matth. Himbeern. Sebitz. in Trag. Lon. In der Hollen-Grund. Item auff dem Lenzen-Berge.

DCXXII. Rubus saxatilis alpinus, Clus. hist. lib. I. fol. 118. Kleine Stein-Beeren/ Clus. Pann. pag. 115. Chamaerubus saxatilis, C. B. Pin. pag. 479. Rubus parvus saxatilis alpinus Cam. hort. pag. 149. Rubus alpinus humilis, Gesn. hort fol. 277. Rubus minimus, Thal. pag. 102. Stein-Beer/ Thal. Brunitschken/ Accolis maris Balthici. Auf der Curländischen Nährung in den See-Gebirgen passim, hinter Latten-Walde. Item bey Bladau in umbrosis. Antiscorbutica planta est.

Sagittaria Sagittifolia. L. 1. o.
DCXXIII.* Sagitta aquatica foliis variis. Joh. Lœf. Radice est albidis, rotundis & articulosis filamentis, foliis bicubitalibus effigie suâ evariantibus: quorum nonnulla crassiuscula & triangula ferè, intus spongiosa, & in summitate sagittifera sunt: alia latiuscula, nervosa & minus crassa, subacuminantur: alia vel hastulæ in modum effigiantur, vel sagittalis formæ aliquantillum adsciscunt. Caulis est rotundus, lævis, junceâ intus substantiâ, qui in ramulis flosculos gerit albicantes, tribus foliolis, staminibus ex luteo purpurascensibus. His succedit fructus capitosus, uti in vulgari. Groß Pfeil-Kraut mit mancherley Blättern. Im Pregel passim.

DCXXIV. Sagitta aquatica minor latifolia, C. B. Pin. pag. 194. Sagitta, seu sagittalis, Cord. hist. fol. 86. Sagitta minor, Bauh. Matth. fol. 797. Dod. Lateinisch fol. 588. Tab. lib. 2. fol. 415. Adv. Lob. fol. 127. Sagittaria minor, Lob. ic. pag. 302. Klein breitblätterig Pfeil Kraut/ Tab. Matth.

Kleine

No. 74 ad pag. 234.



*Sagitta aquatica
foliis variis.*

Sagittaria Sagittifolia. L.S.

Kleine Otter-Zung quibusdam. In undis stagnantibus passim. Bem Philosophischen Gang.

DCXXV. Sagitta aquatica minor angustifolia, C. B. Pin. 149. Sagitta minor angustifolia, Tab. lib. 2, fol. 416. Klein schmalblätterig spätig Pfeil-Kraut/ Tab. Fœmellis sterilitatem detestantibus salutaris. Am Pregel hinter dem Bretter Krug.

DCXXVI. Salix prima, vel procera, Dod. Lateinisch fol. 842. Salix perticalis, Cord. in Diosc. fol. 21. Salicis quartum genus, Lon. Deutsch fol. 42. Salix Dioscoridis, Lob. ic. pag. 136. Salix vulgaris alba arborescens, C. B. Pin. pag. 473. Große Salweyblättriche Kampweide. Foliis est oblongis in acutiem tendentibus, superiore parte virentibus ac glabris, aversâ molli & albâ, lanugine obsitis, in ambitu exiguè, ac desultoriâ quasi operâ incisis. Ramuscotorum cortex albidus & lanosus ut plurimum est. Perticæ ac pali ex hâc sœpiusculè fiunt. Folia, flores & cortices salicum refrigerant circa morsum, siccant & adstringunt, cruentum vulnus glutinant, ac inflammationi resistunt. Flores cum lanugine naribus inserti, vel in pollinem acti, & calamo sursùm efflati, hæmorrhagiæ medentur. Aqua nucamentorum adversus ἀνασόμωσιν, διαιρετινή ρηγή vasorum, efficax est. Corticum cinis aceto mistus, verrucas & clavos aufert. Folia recentia somnum accersunt, lotionibus addita. In pagis passim. Bey Bladau. Salix rusticis, sagis ac veneficis, virgulas promit, quas Francones Alp-Rutten nominant. Alpen Dæmones esse credunt, in pascuis & uliginosis locis oberrantes, cum quibus fœdera feriant, ut nocentiores sint pecudum, vel etiam hominum generi. Ægritudinem armentis vel hominibus Dæmonum horum ope illatam, Germani Elven vocant.

Unde locutiones: Das Vieh oder der Mensch hat die Elben.
 It: Es sind dahin und dahin so viel Elben ins Leib gezaubert.
 Sciscitanti quid Elben sint, respondent, vermes esse minutos,
 rubellis capitulis, man^o ac pedes frequentissimè occupantes, qui
 non nisi magicis remediis enecantur. Alias licet cultello exscin-
 dantur, de integro tamen dictis in locis generantur. Simile
 quid veneficæ apud nos agunt Dæmonibus subterraneis, quos
 Unter-Erdtschen appellant. Ut autem scias, quid sint illæ
 virgulæ, Alprutten dictæ, rem ita habe: Salices, rubris ma-
 xime corticibus vestitæ, pullulos quandoque geminos è sim-
 plici excludunt gemmâ, firmissimè invicem connatos, ac
 cortice communi tectos, effigie digitorum duorum, glutine
 junctorum. Usus: Germen dictum rustici ante Solis exor-
 tum ab arbore resecant, eoque plagosum pecus, malo hoc dis-
 cruciatum, sèpiùs flagellant, plagis integrum triduum, ante
 ortum & occasum Solis, morbido pecori impositis. Sunt,
 qui obsecros & fascinatos hoc remedio in integrum restitutum
 iri dictitant. Hippiatri equos (die den rittenden Wurm ha-
 ben) hoc præsidio fuisse adjutos, serio attestantur.

DCXXVII. *Salix caprea rotundifolia*, Tab. lib. 3.
 fol. 745. *Salix lato folio*, Gesn. hort. f. 278. *Salix latifolia ro-
 tunda* C. B. Pin. p. 474. *Salix latifolia*, Cam. hort. p. 151. *Sa-
 lik Platiphyllos*. Adv. Lob. p. 423. *Salix platiphyllos alia*, Thal.
 p. 112. Runde breite Seyl-Weiden/ Tab. Salweyden/ Gesn.
 hort. Folia crenis destituta superne virent, inferne canescunt,
 florem edit luteolum, odoratum, apibus gratum, cui longum
 succedit nucamentum, cum semine in pappos abiens. Im
 Domnauschen Walde & aliis saltibus nemorosis.

DCXXVIII. *Salix vulgaris rubens*, C. B. Pin. p. 473.
Salicis primum genus, Lon. Deutsch fol. 41. *Salicis tertium
 genus*,

genus, Fuchs. fol. 336. Salix Sabina, seu Amerina, Thal. p. 112. Salix minor, viminalis & Gallica, Dod. Lateinisch f. 843. Band-Weiden und rothe Weiden/ Lon. Gold-Weide. Cortex insigniter ex fulvo splendet. Folia gerit viridia & serrata. Lentitiae est sequacis, calathis, cistellis ac canistris aptissima. Ven Lauten-Mühl.

DCXXIX. *Salix caprea latifolia*, Tab. lib. 3. fol. 745. *Salix* folio ex rotunditate acuminato, C.B. Pin. 474. Breit-blättrige gespilzte Seil-Weide. In sylvis hinc & inde. Scythæ ex salignis virgis, humi constratis, futura prædicebant, Auctore Herodoto lib. 4. Herniæ remedium: Succosior salix Lunâ decrecente, cultro deorsum impresso, incidatur aliquousque, mox assula excidatur, loco affecto affirmetur, & aliquantis per gestetur, donec sordidula gestamine existat: tandem in locum gentilitium delata, ligno prius avulso recreata, ac debitè, ut concrescat, diligata, ægrum herniosum firmat ac restituit.

Podagræ auxilium: Lunâ extra pisces constitutâ, & quidem postridiè, quam ultimam adiit quadram, saligna stirps, terræ desacranda, miscellæ lotii & sangvinis ægrotantis (locus affectus dicto superius tempore scarificetur, & lotio, spatio bidui reddito, ammisceatur) aliquandiu maceranda committatur: mox tertio ante novilunium die fossula efformetur, stirpi inferendæ apta, in quam & priorem miscellam & salicem transferas: mense abhinc elapso, tertio ante novilunium die, locum circa affectum, de integro scarificetur æger, sangvis lotio confundatur: idem labor, quatuor hebdomadarum spatio exacto, iteretur, sic felicissimè averruncaturus es crucium podagræ malum.

DCXXX. *Salix sylvestris latifolia*, Tab. lib. 3. fol 744.

Gg 2

Salix

Salix, Bauh. Matth. fol. 175. Breite Seil-Weide / Tab.
Spißblättriche Kamp-Weide. Foliis est crenatis, oblongis, acuminatis, supra viridibus, infra modò exalbidis, modò virentibus, quorum exortibus alæ duæ adpositæ sunt. Corbis publatoriis, messoriis, fiscellis ac nassis parandis expetita, Virgultum tenerum hanc in rem Majo & Julio mensibus demitur. Majo resectum das May-Holz / Julio vero S. Jacobs Holz artificibus nominatur. In riguis in der Hollen-Grund.

DCXXXI. *Salix sylvestris angustifolia*, Tab. lib. 3. fol. 744. *Salicis alterum genus*. Fuchs. fol. 335. Lon. deutsch fol. 41. *Salix sativa lutea folio crenato*. C. B. Pin. pag. 473. *Salix tertia*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 855. Cæs. lib. 3. cap. 46. pag. 125. *Salix vitellina*, Cord. in Diosc. fol. 21. **Schmal Seil-Weiden**/ Tab. Geele Weyden/ Bach- Weyden/ Lon. Gelbe Weiden und Dotter-Weiden/ Cord. in Diosc. Gelbe Haar-Weiden quibusdam. Folia habet crenata, superne ex virore splendentia, inferne candicantia, quæ nunc majora, nunc minora. **In der Hollen-Grund.**

DCXXXII. *Salix fragilis latifolia*. Joh. Lœsel. Bruch- Weide mit breiten Blättern. *Salix fragilis*, C. B. Pin. p. 474. *Salicis tertium genus & salix alba*. Lon. deutsch fol. 42. *Salix secunda candido cortice*, Trag. Seb. in Trag. deutsch f. 855. Bruch-Weide und weisse Weide/ Lon. Albicant folia, hirsutie molli, crenis in ambitu vix conspicuis. Foliis quandoque innascuntur vesiculæ oblongæ, erculis gravidæ, Virgulta ejus levi manu franguntur. **Auffm Tham nach der neuen Brücken.**

DCXXXIII. *Salix fragilis tenuifolia*. Joh. Lœsel. Bruch-Weide mit schmalen langen Blättern. Zur Robbel- Wude in Truchsen Walde am Ufer des Frischings.

DCXXXIV

DCXXXIV. *Salix rubra obtuso latiore folio.* Rothe Sprodt-Weide mit breiten stumffen Blättern. Caules habet teretes, ac rubentes: folia latiora, obtusa, crenata, pronā parte atrovirentia, supinā cinerea, alis duabus in exortu stipata. Ad corbes inutilis. In riguis in der Hollen-Grund.

DCXXXV. *Salix oblongo Salviæ folio.* Joh. Lœf. Kleine Salweyblättriche Kamp-Weide. Cauliculis est ramosis, incanis: foliis oblongis, Salviæ æmulis, in ambitu crenatis, supernè atrovirentibus, infernè candidis & lanuginosis, quorum exortibus alæ duæ appositæ. Corbulis deservit texendis. Passim.

DCXXXVI. *Salix humilis angustiore oblongo folio.* Joh. Lœf. Haar-Weide mit schmallen länglichen Blättern. Cauliculis est numerosis, nunc rubentibus, nunc viridibus: foliis oblongis & angustis, nonnihil crenatis, supra viridibus, infrà exalbidis, quibus vesiculæ subrubentes baphico coco assimiles, sæpè innascuntur. In der Sackau. It. Bey der Robbel-Bude am Frisching.

DCXXXVII. *Salix pumila angustifolia prima,* Clus. hist. lib. I. fol. 86. *Salix pumila angustifolia altera.* Clus. hist. Pann. pag. 103. *Salix pumila brevi angustoque folio incano.* C. B. Pin. 474. Kleine schmalblättriche kurze Haar-Weide. Dorso canescunt folia, pronā parte virent, ac vesiculas sæpe habent. Lentitiæ est insignis. Im Gebruch beh Lauten-Mühl. Salix olim rusticis coronamenta dabat. Scopo huic serviebat maximè salix Amerina, quæ ad nexus alias & vitilia fuit idonea. Megisthes, vir humanus & affabilis, totos decem menses Amerinā salice redimitus erat. Esù cornicū salicis, alni, & consimilium arborum, mirè delectatur

Castor, qui, cùm sit animal horrendò morsù, arbores retas olim dictas, juxta flumina dentibus suis croceis ceu ferro cædit, hominesque ad retanda flumina cogit. De his antiquum exstat edictum, quod servavit nobis Gellius Lib. XI. cap. 17. Qui flumina retanda publicè redempta habent, si quis eorum ad me adductus fuerit, qui dicatur, quod cùm ex lege locationis facere oportuerit, non fecisse. Ubi ex Gavio dicit retas esse arbores, quæ aut ex ripis fluminum eminent, aut in alveis eorum exstant, appellatasque esse, quod prætereuntes naves impediunt, & quasi irretiant: Ideoque retanda flumina locari solita esse, id est, purgandum, ne quid moræ, aut periculi navibus, in ea virgulta incidentibus, fieret. Hæc obiter.

DCXXXVIII. Sambucus, Brunf. Lateinisch / tom. 3. fol. 181. Bauh. Matth. fol. 873. Dod. Lateinisch / fol. 845. Fuchs. fol. 64. Lon. deutsch / fol. 64. Lob. ic. pag. 161. o. Gesn. hort. fol. 278. Tab. lib. 3. fol. 731. Sambuci primum ḡnus, Cord. in Diosc, fol. 75. Cæs. lib. 3. cap. 4. pag. 91. Sambucus fructu in umbella nigrō, C. B. Pin. pag. 456. Sambucus vulgaris, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch / fol. 782. Thal. pag. 111. Sambucus campestris, sive vulgaris, Cam. hort. pag. 152. **H**elunder / Matth. Lon. Sebitz. in Trag. Holder. Baum / Tab. Holder / Brunf. Fuchs. Alhorn Nostratibus. Siccantis est naturæ, aquas dicit, sudores movet, venenis resistit, calculos atterit, ac menstrua citat, Galeno 6. simpl. acte tum arboreâ, tum herbaceâ, siccat, glutinat, & modicè digerit. Cortex interior Sambuci, nigro exteriore dempto, cultello sursum apices versus ramusculorum rasus, & condylomatibus inflammati impositus, dolores etiam gravissimos ani sedat. Rasura calfacta abjiciatur, & nova saepius imponatur. Experimentum fuit illustris cujusdam Matronæ, quæ à partu crucio

crucio hoc malo infestata ocissimè hōc remediō fuerat restituta. Sarmatis arbor Sambucus domicilium credebatur *Putschæti*, tutelaris quondam Numinis Iucorum & sacrarum arborum. Huic rustici pane, cerevisiā, cibisque variis, sub arbore hac superstitionē locatis, olim fitare consueverant à *Putschæto* unā contendentes, quo placatum efficeret *Marcopolum*, Deum Magnatum & Nobilium, ne posthac graviore servitute à Dominis premerentur suis. *Barstuccas* etiam, seu subterraneos, quos Germani *Erd-Männlein* vocant, Putschæti auxilio ad se solicitabant, quippe ob Dæmones hos *curvainss* se fortunatiores futuros perfaſſimū habebant. His, vesperā ingruente, mensam in horreo mappâ sternere solebant, caseos, panes, butyrum & cerevisiam addentes, nec dubitabant de fortunarum accessione, si manū viderint cibum illīc abſumptum. Si verò intactus remanserit in mensā, animō vehementer angebantur. Venerabantur etiam Deos quosdam viſibiles, (obiter ut hoc dicam,) qui Græcis Κοβαλοι, Russis Colky, Germanis *Kobold* dicebantur. Hos omni ciborum genere alebant, eò, quod furtiva afferrent frumenta aliunde ex horreis petita. Dæmones hi domicilium occupaturi ſaþe nocturno tempore lignorum segmina in domo congregabant, & multras lacte plenas stercoribus spurcabant. Segmina illa, si Paterfamilias indisjecta servaverit, & lac stercore fruſtulentum cum familiâ comedérat, Dæmones statim, ut gratissimi hīc hospites futuri, & apparuere & permanseré. Vermes notandi, quos sub Sambuco ſepeliunt Sagæ. Biñulus sambuci cortex, ſursum versiis abraſus, lacte decoctus, ac potus, vomitu purgat: aliò versum verò seu deorsum rasus, per alvum, seu gutturem inferiorem (cum Plauto loquar,) dejicit noxia. Remedium odontalgiae trans-

plan-

plantans certum est in sambuco: Sambucum teneram, occidentem versus, cultro deorsum impresso, sanciet aliquis, vultu in orientem misso, ac corticem cum subjecto ligno aliquousque avellat: paulò post assulâ, ex medullio arboris excisâ, dentes ita fodiat, quod cruentetur: cruentatam ac madidam adhuc cruore, in pristinum ac natalem locum deferat, ac avulsam prius arboris partem mox superinducat, partibus fauciis filo cannabino crudo, studiosè in orbem collecto, bene firmatis. Vulnerata hoc modô, diligata, ac spontali coalitù restituta arbor, querqueræ ὁδονταλγίας certa existit salus. Eandem & salix pollicetur vim, debite dicto superius modo tractata. Frustula baculi sambuci, Sole & ingresso, ab arbore resecta, filo in orbem collecta, ac in pari numero collo suspensa, epilepsiam fugant. Dememiniſſe interim haud oportet, ligneola Solis die esse comparanda, tam diu gestanda, donec filo rupto sponte decidua fiant, demum in profluentem esse mittenda. Suppeditat sambucus remedia baccis, acinis baccarum, floribus, turionibus, foliis, cortice mediano flavo, radice, medullâ, & spongiolis seu auriculis Judæ. 1. Bilem, pituitam, & in primis serum expurgat. 2. menses evocat, juvatque mulieres ab utero præfocatas. 3. urinam dicit, sudorem provocat, & calculum expellit. 4. malignitati resistit. 5. dolores quarumcunque partium compescit, cutim rarefaciendo, ac vapores digerendo. Medulla sambuci globulos suppeditat Chirurgis, quos saepiusculè fontanellis immittunt. Medulla hæc Græcis μῆρα nominatur. De voce μῆρα qværit Ulpianus Tyrius apud Athenæum, μῆρα πά κειτη, ubi legitur pro eduli cibo? Mos erat Ulpiano, inter epulas nihil cibi gustare, priusquam dixisset πά κειτη, hoc ubi exstat? Hinc & κειτηκειτη elegantiſſimè

tissimè appellatus est. Notat autem *μῆτρα* vulvam suillam, olim in deliciis habitam, uterum, & medullam arborum. Sambucus glirario infensissima est odore, quippe ramuli sambucei succosi ac odorati, circumcirca scolymum in terram defixi, eum tuentur à gliribus, anhelo gutture scolymum aliàs depascentibus. Idem ebulus præstat, quem horreis immittunt rustici ad fugandos mures.

DCXXXIX. Sambucus humilis, sive Ebulus, C. B. Pin. pag. 456, Ebulus, Brunf. Lateinisch / tom. 3. fol. 65. Matth. deutsch fol. 562. Fuchs. fol. 65. Tab. lib. 2. fol. 451. Dod. Lateinisch / fol. 381. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 628. Lob. ic. pag. 164. o. Cæl. lib. 5. cap. 13. pag. 209. Sambuci alterum genus, sive Ebulus, Lon. deutsch fol. 64. Ebulus, sive parva Sambucus, Cord. in Diosc. fol. 75. Attich / Matth. Tab. Brunf. Fuchs. Attich / oder niedriger Holländer / Lon. Hydropicorum aquas ἀνακατεῖ dicit. Fer. s. m. m. Im Dorff Lopainen an der See. Item zu Abschwangen ad hortorum sepes. In pago Lügeinen im Lochstädtischen copiose. Ebuli radix, Augusto decrescente Lunâ effossa, in ulceribus sordidis, ac vermiculationibus infantum, extollitur, etiam collo appensa. Cæterum oleum corticum radicis ebuli efficacissimum in lumbricis excludendis: circa Jacobi diem, Lunâ in decrementis constitutâ; cortices radicum ebuli, non ablutarum, contundantur, contusò corticum minutali oleum affundatur, in Sole paulò post apricaturo. Olei hujus cochlear unum vel alterum ingeratur, & abdomen linteo stringatur.

DCXL. Sambucus aquatica flore simplici, C. B. Pin. pag. 456. Wasser-Hollunder mit schlechter Blüth. Sambucus aquatica, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch / fol. 786. Tab. H h lib.

lib. 3. fol. 732. Bauh. in Matth. fol. 874. Lob. ic. pag. 201. o.
 Thal. pag. 111. Sambucus palustris, Dod. Niederländisch/ fol.
 1323. Cæs. lib. 3. cap. 4. pag. 91. & 92. Lycostaphylon fœ-
 mina, Cord. hiſt. fol. 174. **Schwelcken.** Sebitz. in Trag.
Schwelcken-Baum/ Tab. Arbor Nostratibus dicitur **Ka-**
ninchen-Baum; Fructus verò **Kaninchen.** Baccas fert ru-
 bicundas, vomitum excitant devoratæ. Succo vis est abster-
 soria, hinc ex eodem Syrupus conficitur, è baccis cuniculo-
 rum, malè officinis dictus, in affectibus faucium salutaris. Lo-
 ca amat rigua. **Beym Penartischen Walde.** Item. in der
Hollen-Grund.

DCXLI. Sanicula officinarum, C. B. Pin. pag. 319.
Heil-Kraut. Sanicula, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol.
 405. Dod. Lateinisch/ fol. 140. Eystett. Lon. deutsch/ fol.
 244. Tab. lib. 1. fol. 302. Cam. hort. pag. 152. Thal. pag.
 111. Cæs. lib. 14. cap. 22. pag. 556. Sanicula & Diapensia,
 Brunf. Lateinisch/ tom. I. fol. 80. & 81. Lob. ic. pag. 663.
 Diapensia, Bauh. Matth. fol. 720. Sanicula mas, Fuchs.
 fol. 671. **Sanickel/** Matth. Tab. Lon. Brunf. **Sanickel-**
Männlein/ Fuchs. **Schernäckel** Vetulis. **Bey Birkenfeld**
 in umbrosis copiosé. Item bey Bladau am Berge.

DCXLII. Saponaria major lævis, C. B. Pin. p. 206.
Groß glatt Seiffen-Kraut. Saponaria, Trag. Kyb. in Trag. p.
 900. Dod. Lat. f. 179. Eystett. Tab. lib. 2. f. 409. Lob. ic. p.
 214. Saponaria prima, Cæs. lib. 6. c. 48. p. 256. Saponaria vulga-
 ris, Cam. hort. p. 153. Struthium, Fuchs. f. 780. Thal. p. 117.
 Struthium primum, Lon. deutsch/ fol. 109. **Seiffen-Kraut/** Ky-
 ber. in Trag. Amara est, acris, abstergens & aperiens. In
 Iue Gallicâ, quæ optima etiam remedia eluserat, efficacissima
 exti-

exstitit. Inventorem habuit Zapata, Empiricum Hispanum. Herba adhuc succida, manibus comminuta, eas sanguinatis instar mundat. In cœmeterio pagi Neuhausen. Item die seorsim hohen Krüge in arenosis copiosè. Flores in umbellâ modò albi, modò rubicundi, modò copiosiores, modò pauciores.

DCXLIII. Satureja hortensis, sive Cunila sativa, Plinii C. B. Pin. pag. 218. Satureja Trag. Kyber. in Trag. p. 45. Dod. Lateinisch f. 289. Lon. deutsch fol. 150. Tab. lib. 2. fol. 74. Cam. hort. pag. 153. Hyssopus agrestis, Brunf. Lateinisch/tom 3. fol. 164. Satureja hortensis, Lob. ic. pag. 426. Adv. Lob. fol. 182. Satureja hortensis, & Thymbra vera, Gesn. hort. fol. 279. & 284. Satureja sativa, Fuchs. fol. 304. Satureja domestica, Eystett. Satureja, sive Thymbra sativa, Cord. in Diosc. fol. 53. Cord. hist. fol. 145. Wilder Hysop/ Kirch-Hysop. Brunf. Satureja oder Garten-Hysop/ Kyber. in Trag. Sedeneh/ oder Saturah/ Lon. Gemeine Saturay/ Tab. Joseplen/ oder Saturon/ Fuchs. Kalbs-Ysop/ Zwiebel-Ysop/ Huner-Füll/ Sergen-Kraut. Pfeffer-Kraut Nostratibus. Calfacit, siccata tenaces humores acredine suâ incidit, menses citat, ac thoracis vitiis medetur ab infarctu crasso. An der Lauten-Mühl auff der Mauer.

DCXLIV. Saxifraga rotundifolia alba, C. B. Pin pag. 309. Rundblättriger weißer Steinbrech. Saxifraga alba, Trag. Kyber. in Trag. pag. 525. Dod. Lateinisch / fol. 316. Gesn. hort. fol. 279. Cam. hort. pag. 154. Thal. pag. 106. Tab. lib. 2. fol. 510. Saxifraga alba, Saxifraga minor, Fuchs. ic. pag. 427. Saxifragia quarta, Bauh. Matth. fol. 694. Saxifraga alba, Lon. deutsch/ fol. 248. Saxifraga alba Chelidonides, Lob. ic. pag. 612. Saxifragia Brunf. Lateinisch tom. 1.

fol. 185. *Saxifraga major*, seu *alba*, Fuchſ. fol. 747. *Saxifraga alba tuberosa* radice, Clus. hist. lib. 3. fol. 308. *Thelygono affinis herba*, Cæf. lib. 8. cap. 31. pag. 338. *Weißer Steinbrech*/ Tab. Kyb. in Trag. *Höher Steinbrech*/ Fuchs. *Auff dem Nasen-Garten in montosis.*

DCXLV. *Saxifraga rotundifolia aurea*, C. B. Pin. pag. 309. *Chrysosplenion*, vel *Saxifraga aurea*, Tab. lib. 2, fol. 512. *Saxifraga aurea*, Dod. *lateinisch*/ fol. 316. Gesn. hort. fol. 279. *Saxifraga aurea Lichenis facie & natalitiis*, Lob. ic. p. 612. *Saxifraga aurea Dodonæi*, Cam. hort. pag. 154. Thal. pag. 106. *Hepatica palustris*, Eystett. *Gulden Milz-Kraut*/ Tab. *Gulden Steinbrech*. Infaretum jecoris ac lienis expedit, & à vaccis comesta butyro flavedinem confert. Viribus est Hepaticæ vel Lichenis. Ad rivulos, scaturigines, & loca uliginosa passim mense Aprili.

DCXLVI. *Scabiosa major squamatis capitulis* C. B. Pin. pag. 269. *Scabiosa major*, Matth. deutsch fol. 405. *Scabiosæ*/ Brunf. deutsch fol. 92. *Scabiosa major* flore purpureo, sive prima, Tab. lib. 1. fol. 546. *Scabiosa major Matthioli*, Cam. hort. pag. 154. *Cyanus sylvestris major arvensis*, Thal. pag. 29. *Groß braun Scabiosen*/ Tab. Calefacit, siccat, incidit, abstergit & expurgat. Secus vias & salebrofa passim.

DCXLVII. *Scabiosa major squamatis capitulis*, flosculis candidissimis, *Groß weiß Scabiosen*. Foliis profundiſſimè incisis, effigiem scabiosæ majoris, Matth. ferè experimentibus. Caules gerit teretes, striatos ac subvrides: flosculos in squamosis capitulis niveos, quorum si evulseris unum, in quatuor filamenta eundem supernè diremptum conspicies. Capitula ex compactili squamarum serie

con-

constant abeuntque squamæ in acutiem, parvulis utrinquac a-culeis, iisque nigris antibus armatae. Radice nititur lignosa, tereti, ac filamentis exornatâ, quæ insipida penè : foris sub-nigra est, intus candida. In pago Sarkau hinter dem fordersten Krüge. Item bey Holland secus viam Elbingam versus.

DCXLVIII. *Scabiosa pratinis hirsuta*, quæ officinarum C. B. Pin. pag. 269. *Scabiosa altera campestris*, sive *Segetum & Satorum*, Iob. ic. pag. 537. *Scabiosa major* flore ex cœruleo purpureo, Tab. lib. 1. fol. 546. *Scabiosæ primum genus*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 194. *Scabiosa vulgaris*, Eystett. *Scabiosa*, Lon. deutsch fol. 179. Fuchs. 716. *Scabiosa dissectifolia major*, Thal. pag. 108. *Groß Scabiosen*/ Tab. Apostem-Kraut/ Fuchs. *Pastemen-Kraut*/ oder *Scabiosen*/ Lon. *Groß Purpur-blane Scabiosen*/ vulgo. Hâc nostrates officinæ non utuntur, sed alterâ illâ, quæ C. B. *Scabiosa major* squamatis capitulis, dicitur. In arvis & pratis nonnihil riguis passim.

DCXLIX. *Scabiosa multifido folio*, flore flavescente, C. B. Pin. pag. 270. *Scabiosa ωχρολευκω* flore sive septima, Clus. hist. lib. 4. fol. 3. *Scabiosa tertia*, Clus. Pann. pag. 538. *Scabiosa Pannonica* flore albo. Eystett. *Scabiosa tenuifolia candida seu major*, Thal. pag. 109. *Scabiosa major* floribus luteis. Cam. hort. pag. 154. *Gelblicht Scabiosen* mit sehr zerschnittenen Blättern. Aufm Berge gegen dem Maßen-Garten über. Item bey Lauten-Mühl und Sarkau passim. *Gelbliche Scabiosen* mit viel zerschnittenen Blättern.


DCL. *Scordium*, C. B. Pin. pag. 247. Trag. Kyber, in
H h 3 Trag.

Trag. pag. 885. Dod. Lateinisch fol. 126. Matth. deutsch/ fol. 340. Tab. lib. 2. fol. 437. Cam. hort. pag. 156. Eystett. Lon. deutsch fol. 231. Scordium, sive Trixago palustris, Adv. Lob. ic. pag. 497. Scordium verum, Gesn. hort. fol. 279. Wasserbathenig/ Läcken-Knoblauch/ Matth. Tab. La- chen-Knoblauch/ Kyber. in Trag. Lon. Wasser-Knoblauch quibusdam. Variat magnitudine: hinc majus & minus. Bicubitale fermè proceritate suâ semel observavi. Acri, a- marâ, excalfactoriâ & facultate alliatâ, omnium viscerum, in- primis pectoris & pulmonum, crassos ac viscosos humores extenuat, virulentos detergit & expurgat: tineas necat, menses & urinas dicit, fotu potuve partum accelerat: Ve- tera ulcera purgat, siccât & cicatrice obducit: Venenis adver- satur, ac putredini mirum quantum obsistit. Chirurgi gan- grænam formidantes ex lixivio parant fomentum, in quo Scordium decoctum. Post fmentationem cataplasma sæ- piusculè imponunt, ex farina lupinorum, pulvere Scordii, oxymelite simplici, & modico lixivio. Auf der Wiese am Flüß zu Bladau.

DCLI. Scorzonera foliis nervosis, C. B. Pin. p. 275. Scorsonera altera Lob. ic. pag. 551. Scorzonera Germanica angustifolia, Tab. lib. 2. fol. 299. Klein deutsch Scorsonera, Tab. Schlangenmordt und Matter-Milch quibusdam. Beym Penartschen Waldt. In monte Apollinis hinter Quednau. Item bey Gerdauen in pratis nach dem alten Hofe und Dru- sen zu. Floret mense Mayo.

Scrophularia aquatica
B. Pin. 275.
DCLII. *Scrophularia aquatica major caule fimbriato. Groß Wasser-Braunwurz. Fœmellis Creuz-Nes- sel. Radix quadrangula, fimbriata, nodosa, cubitalis, semi- unciam crassa, atrovirens, concava, fibris longissimis copio- sissimis





sissimis candidis & villosis instructa, caulem congenoris naturæ spargit angulosum, tricubitalem, fimbriatum, geniculatum, cavum, viridem, ad genicula brachiatum. Adstant autem singulis nodis ex adversum bini caulinculi, qui circa nodos subinde alios excludunt ramos, & hi rursum teneriores, omnes quadratos & fimbriatos. Folia ex viridi nigricant, & serrata sunt: flores in caulum summo purpurascunt, & tandem in acuminata vasa, semen minutulum continentia, abeuntes. Gustu adstringens & subamara est, ac minus fœtet. Vulneribus ulceribusque medetur sordidis. **Bey der Hollen Grund** in fossis. Vetulæ in tineis seu lumbricis latis excludendis eam mirè extollunt. Carrichterus phagedænam seu ulcus depascens sustulisse gloriatur his: Erat Hagenoæ æger, Gabriel Heckher nomine, cui lupus (ita vocat affectum) spatio XXVII. annorum sinistrum oculum, nasum dimidium, os, ac conterminas oris & maxillæ partes depascendo abstulerat, huic (1.) scrophulariæ radices cottidiè potui addidit ordinario. (2.) omnibus edulii pulverem radicis foliorumque lappæ minoris admiscuit, totamque herbam elixis incoqui jussit. (3.) pulvere cardui benedicti ac foliorum senæ, additis corrigentibus, ægrum aliquoties purgavit, (4.) loca exulcerata & sordida aquæ scrophulariæ, cardui benedicti, ac menthæ aquaticæ anaticâ miscellâ manè & vesperi abluit. (5.) oleum corticum betulæ, geminas inter ollas exustum, ac tantundem aquæ cardui benedicti, cum melle decoctæ, ac despumatæ, linteis exceptis, iisdemq; hiulca & comesa opplevit loca. (6.) pulverem herbæ Antonianæ (Feder-Kraut dictam plantam exaudit,) ulceribus ultimo inspersit, sanationem Θεοθεύ qualem qualem assecutus. Scrophulariæ radicis tubera aliquot imparia, Luna de-

cre-

crescente effossa, filo collecta, ac statim collo suspensa, nodos inveteratos, strumas, & omnis generis tumores discutunt, præsertim si manè & vesperi semidrachma pulveris ingeneratur, & radix potui immittatur.

DCLIII. *Scrophularia nodosa fœtida*, C. B. Pin. pag. 235. *Scrophularia*, Bauh. Matth. fol. 791. Dod. Lateinisch/ fol. 50. *Ocimastrum alterum*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 184. *Scrophularia major*, Bruns. Lateinisch tom. I. f. 215. Lob. ic. p. 533. Lon. Deutsch f. 164. Tab. lib. 2. f. 244. Cam. hort. p. 157. *Scrophularia major* Cæf. lib. 8. c. 49. p. 349. *Scrophularia major* prima, & Clymenum mas, Gesn. hort. fol. 280. & 254. *Galeopsis*, Fuchs. fol. 194. *Braunwurz* / Tab. Fuchs. Lon. Kyb. in Trag. *Sauwurz* / Bruns. *Feigwarzen-Kraut vulgò*. Amara est, siccata, tenuat, abstergit, digerit, ac partium tenuitate carcinomata, strumas, parotidas, panos, & consimiles durities disjicit, ac nomis medetur. Succus ex toto expensus & cum cerâ & olivo mixtus, singularis est in auferendâ scabie, Trag. In cœco hæmorrhoidum dolore nihil efficacius. *Scrophulariæ*, sive ipsa plantæ substantia sicca aut viridis, sive decoctum ejus assumatur. Henr. ab Heer. in Observ. Med. obs. 20. Semen lumbricos enecat Drachm. i. pondere sumptum, Trag. & Tab. *In der Hollen Grund* passim. Radix scrophulariæ colligenda, Sole 1. & inhabitante. Bubonibus pestilentibus imposita radix contusa certo experimento venenum evocat. Caules legantur, Sole ultimum gradum 8: folia verò 1. 8. inhabitante.

DCLIV. *Securidaca dumetorum minor pallidè cærulea*, C. B. Pin. pag. 349. *Securidacæ* secundæ altera species, Clus. hist. lib. 6. fol. 237. Clus. Pann. pag. 749. Siliquæ fusci coloris putatoriam falcem formâ exprimunt, & unicum semen

semen ejusdem figuræ continent. Flos ex purpureo albescens est in nostrate. **Bey Holland** in incultis copiosissimè.

DCLV. *Sedum majus vulgare*, C. B. pin. pag. 283. *Sedum majus*, Fuchs. fol. 32. Cord. in Diosc. fol. 68. Tab. lib. 2. fol. 512. *Sempervivum majus*, Bauh. Matth. fol. 785. *Sempervivum primum*, Lon. deutsch fol. 92. *Sedum vulgare*, Eystett.. *Sedum*, Trag. Sebitz. in Trag, deutsch. fol. 298. *Sempervivum majus alterum*, sive *Jovis barba*, Dod. Lateinisch/ fol. 127. *Aizoon*, sive *Sempervivum majus*, Cam. hort. pag. 7. *Sedum seu sempervivum vulgare majus*, Gesn. hort. fol. 280. *Cotyledon altera prima*. *Sedum vulgare* Clus. hist. lib. 5. fol. 63. *Sempervivum majus sive Sedum majus crenatum Myrrhifolium*, Lob. ic. pag. 373. **Große Haßwurz**/ Fuchs. Matth. Lon. **Haßwurz**/ Tab. **Groß Haßwurz**/ **Groß Donner-Kraut**/ **Groß Immer-Grün**/ **Haß-Lauch**/ Cord. in Diosc. **Mauer-Pfeffer**/ vulgò. **Refrigerat**, **humectat** & **leniter adstringit**. **Zu Mühlhausen**; Item zu **Holland im Oberlande** in muris antiquis.

DCLVI. *Sempervivum minus vermiculatum acre*, C. B. Pin. pag. 283. *Sempervivum minimum*, Lob. ic. pag. 379. Bauh. in Matth. fol. 785. *Portulaca tertia*, Brunf. **Latinisch**, tom. 3. fol. 102. *Illecebra sive sempervivum tertium*, Dod. **Latinisch** fol. 129. *Sedum minus tertium & vermicularis*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch f. 301. *Sedum minimum*, Tab. lib. 2. fol. 514. *Sedum minus*, seu *minimum causticum*, Eystett. *Sedum tertium* *Dioscoridis*, Gesn. hort. fol. 280. *Sedi tertium genus*, Fuchs. fol. 36. *Sedum minimum*, *Illecebra*, *Sedi tertium genus non semper virens*, Adv. Lob. fol. 162. *Sempervivum tertium minimum alterum*, Cæs. lib. 15. cap. 12. pag. 578. *Sempervivum secundum*

Lon. deutsch fol. 92. Sedum minus octavum causticum, Clus. hist. lib. 4. fol. 61. Kleinstes Räthen-Träublein / Tab. Kleine Haßwurz / Lon. Räthenträubel / Fuchs. Sebitz. in Trag. Gladloß mulierculis. In arenosis passim, sæpè etiam in subgrundiis & parietibus. Sub elevatione poli 45. 46. 47. 48. 49. Radix effodiatur Sole 1. II occupante: cauliculi, Sole 15. ♂ habitante: folia, Sole 1. ♀ visitante: flores, Sole 1. II assecuto.

DCLVII. Sempervivum minus vermiculatum acre, cauliculis repentibus. J.L. Radice nititur exili ac fibratâ, modò rubentis, modò alblicantis coloris, quæ sub terrâ progrediens nova excludit germina. Cauliculi ejus reptantes, folia præter exigua, teretia & succulenta, fibras obtinent copiosas, quibus terræ leviter affirmantur. Inter reptandum novos constituunt pullulos seu ramulos. Flosculos habet luteolos, pediculis suis insistentes. Hinter Sarchau am See, Gebirge.

DCLVIII Senecio minor vulgaris, C. B. Pin. pag. 131. Senecio vulgaris & prima, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 226 Senecio, Matth. deutsch fol. 494. Cord. in Diosc. fol. 69. Fuchs. fol. 286. Gesn. hort. fol. 280. Lon. deutsch/ fol. 128. Verbena fœmina, Brunf. Lat. Tom. I. 120. Senecio seu Erygeron Lob. ic. pag. 225. Senecio prima, Tab. lib. 1. fol. 572. Creuzwurz / Matth. Tab. Seb. in Trag. Lon. Fuchs. Eysen-Kraut / Creuz-Kraut / Eysen Kraut-Weiblein / Brunf. Grind-Kraut / Creuz-Kraut / Baldgreise quibusdam. Passim obvia, præsertim in ruderibus circa matrias. Herba tusa, & inflammatis mammis imposita, experimentum est. Oculo ab apis ictu læso, ac in tuber assurgentí, mirè profuisse senencionem, memini in quodam subjecto.

Ser-

DCLIX. *Serpillum vulgare majus*. C. B. Pin. p. 220.
Serpillum album primum & secundum, Tab. lib. 2. f. 77. & 78.
Serpillum majus flore purpureo, Cam. hort. pag. 159. Weißer
 Dwendel / Tab. Künlein / Hüner-Kohl quibusdam.
 Feld-Kümmel Nostratibus. Flore est albo, est & purpureo.
 In montosis passim. Serpilli radix legenda, Sole 15. & in-
 habitante: caulinis Sole in v existente: flores Sole in ec.

DCLX. *Serpillum vulgare minus*, C. B. Pin. pag. 220. *Serpyllum*, Trag. Sebitz. in Trag. Deutsch fol. 31. Fuchs. fol. 251. Lon. deutsch fol. 149 Gesn. hort. fol. 280. Cæs. l. 11. cap. 54. pag. 465. Adv. Lob. fol. 180. *Serpyllum syl-vestre*, sive alterum, Bauh. Matth. fol. 533. *Serpillum sylvestre* Cord. in Diosc. fol. 53. *Serpillum minus flore albo & purpureo*, Tab. lib. 2. fol. 78. Kleiner Dwendel mit weißen und braunen Blumen/ Tab. Dwendel/ Fuchs. Lon. In asperis & secis vias sèpissimè reperitur.

DCLXI. *Serpillum minimum repens flore candido*
 Ganz kleiner kriechender Dwendel mit weißer Blüth. Hin-
 ter dem Spittel-Hofe am Wege nach der Fischhäusern
 Heyde zu.

DCLXII. *Serratula*, Bauh. Matth. fol. 672. Lob. ic. pag. 534. Dod. Lateinisch. fol. 42. Cam. hort. pag. 158. *Serratula Matthioli*, Clus. hist. Centauroidis, aut Centaurii majoris sylvestris Germanici prima species, Thal. pag. 26. *Serratula tinctoris*, Eystett. *Serratula tinctoria prima*, Tab. ic. pag. 156. Cerretta, sive Serretta prima, Cæs. lib. 13. cap. 53. pag. 539. Ferberscharten/ Matth. Scharten-Kraut das erste/ Tab. Beym Penartischen Walde.

DCLXIII. *Seseli Æthiopicum*, Matth. deutsch/ fol. 309. b. Lon. deutsch/ fol. 259. *Seseli Æthiopicum & Libanotis alba*, Gesn.

Gesn. hort. f. 264. & 281. Seseli Æthiopicum Matthioli, Clus. hist. lib. 6. fol. 194. Clus. Pann. pag. 693. Seseli Æthiopicum herba, Dod. Lateinisch fol. 312. Dauci alterum genus, Fuchs. fol. 232. Libanotis Theophrasti, Lob. ic. pag. 704. Libanotis Theophrasti alba, sive secunda, Tab. lib. 1. fol. 387. Libanotis latifolia altera sive vulgatior, C. B. Pin. pag. 157. Libanotis Theophrasti altera. Thal. pag. 71. Weisse Hirsch-Wurz/ Tab. Fuchs. Æthiopischer Sesel. Matth. Radix crasso est cortice, sapore initio dulci, deinde amaricante, supremo capite hirsuta: Foliorum alæ qvina maximam partem habent folia, per ambitum ferrata, supernè atrovirentia, infernè subcinerei quodammodo coloris. Flosculos habet caulis in umbellis candidos, qui in oblongum, nigricans & angulosum abeunt semen, Cuminum aut Sileris montani semen odore & sapore referens. Calfacit, siccatur & abstergit. Radix alexipharmacæ est, hinc jumentis, ovibus, porcis, pestilitate, vel aliò morbô correptis præsenti auxilio est. Folia pecoribus & nutriculis data, lac uberiùs pollicentur. Semen calculos atterit, & lotium citat. Ulcera consolidat radix cum melle rosato admota, Tab. In der Österdischen Heyde hinter dem Schilling/ lacus est duorum milliarium.

DCLXIV. Sideritis vulgaris hirsuta erecta, C. B. Pin. pag. 233. Sideritis prima, Fuchs. fol. 769. Cord. in Diosc. fol. 63. Thal. pag. 103. Gesn. hort. fol. 281. Clus. hist. lib. 4. fol. 39. Sideritis Heraclea, sive prima, Tab. lib. 1. fol. 457. Sideritis, sive ferruminatrix, Adv. Lob. fol. 223. Sideritis quarta, Lon. deutsch fol. 115. Außstehend Glied-Kraut mit rauchen gefärbeten Blättern. Glied-Kraut / Fuchs. Glied-Kraut / Beiß-Kraut / Lon. Flores summum caulem verticillatum ambientes in spicam desinunt, galeati aliquantulum,

tulum, albidi, hiatum, sive rictum sangvineis notis conspersum habentes. Crenas habent folia, quas in suā abesse tradit Lonic. Abstergentis, adstringentis, & frigidæ est virtutis. Vulnera sangvinem fundentia firmat, & conglutinat, Cam. Lon. **Bey Holland** in incultis.

DCLXV. Sideritis arvensis latifolia glabra, C. B. Pin. pag. 233. Sideritis secunda, Bauh. Matth. fol. 711. Alyssum majus, Tab. lib. 2. fol. 243. Sideritis Herculea altera Cæs. lib. 11. c. 35. fol. 451. & 452. Sideritis primæ arvensis species altera, Thal. pag. 105. Sideritis arvensis flore pallido, Cam. hort. pag. 161. **Wilde Meliß Fæmellis.** Flosculis provenit albis. In fabulosis **hinter dem Kneiphofischen Walde.**

DCLXVI. Sideritis arvensis angustifolia rubra, C. B. Pin. pag. 233. Alyssum Galeni flore purpureo, Tab. lib. 2. fol. 242. Sideritis arvensis flore rubro, Cam. hort. fol. 161. Sideritidi primæ congener secunda, Thal. pag. 104. **Bey Lauten-Mühl ad agrorum margines.** Item **bey S. Ulbrecht** in fabuletis.

DCLXVII. Sion, sive Apium palustre foliis oblongis, C. B. Pin. pag. 154. Sium verum, Bauh. Matth. fol. 377. Sion odoratum, Trag. Kyber. in Trag. pag. 465. Apium palustre, Fuchs. fol. 270. Lon. deutsch fol. 264. Sium Cord. in Diosc. fol. 44. Gesn. hort. fol. 281. Dod. Lateinisch fol. 589. Eleoselinum, Apium palustre, Fuchs. icon. pag. 136. Sium primum minus, Tab. lib. 1. fol. 248. Sium sive Laver Dioscoridis olusatri folio, sive Pastinaca aquatica, Lob. ic. pag. 208. **Wasser-Epff/ Wassermerch/ oder Banren-Epff/ Lon. Brunnen-Peterlein/ Kyber. in Trag. Wasser-Peterlein das erste/ Tab. Wasser-Eppich/ Fuchs. Frosch-Eppich**

Eppich quibusdam. Calfacit & siccatur, digerit, infarctus renum expedit, calculos frangit, urinas mensesque citat. Odoratum est, ac gustu amarum. Radix hujus Sii folia saepè tria facie diversissimâ excludit, quorum unum oblongum & in ambitu crenatum, Sio naturale, alterum profundius incisum & crenatum, tertium profundissimè ac tenerimè dissectum, Phellandrii ferè modo. Voco illud * Sion, sive Apium palustre foliis variis. Im Land-Grabent hinter Sellnicken mense Majo.

DCLXVIII. Solanifolia Circæa dicta major, C. B. Pin. pag. 168. Circæa Lutetiana, Lob. ic. pag. 266. Lappa sylvestris Trag. Kyber. in Trag. pag. 843. Circæa, Eystett. Helxine sylvestris sive fluviatilis, Thal. p. 56. Herba D. Stephani, Tab. Icon. pag: 730. Ocimastrum verrucarium, Gesn. hort. fol. 269. S. Steffens-Kraut/ Tab. Bey Schwanis in uliginosis. Item in der Gaußt hinter Kunzen.

DCLXIX. Solanum Officinarum C. B. Pin. pag. 166. Solanum Brunf. Lateinisch tom. 2. pag. 29. Lon. deutsch fol. 107. Solatrum vulgare, Trag. Kyber. in Trag. fol. 303. Solatrum minus, Cæs. lib. 5. cap. 18. pag. 212. Solanum quod edendo est, Cord. in Diosc. fol. 67. Solanum nigrum Cord. hist. fol. 158. Solanum hortense, Matth. deutsch fol. 462. Dod. Lateinisch fol. 454. Gesn. hort. fol. 281. Fuchs. fol. 686. Cam. hort. pag. 162. Solanum sativum, Tab. lib. 2. fol. 281. Solanum hortense, Circæa aut Phaseoli folio, Lob. ic. fol. 262. Nachtschatten/ Tab. Matth. Fuchs. Kyber. in Trag. Nachtschatt/ oder Säu-Kraut/ Lon. Ad sepes horrorum passim.

DCLXX. Solanum scandens, seu Dulcamara, C. B. Pin.

Pin. pag. 167. Dulcamara, Dod. Lateinisch fol. 402. Dulcis amara, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 644. Amara dulcis, Tab. lib. 2. fol. 580. Lon. deutsch fol. 237. Solanum γλυκύπικρον, Thal. pag. 106. Dulcis amara flore cœruleo vulgatior, Eystett. Vitis sylvestris, Bauh. Matth. fol. 881. Vitis sylvestris Matthioli, Cam. hort. pag. 128. Amara dulcis & solanum fruticosum Gesn. hort. fol. 246. & 282. Amara dulcis, Circæa, Lob. ic. pag. 269: Circæa Monspeliensium, Observ. Lob. fol. 136. Salicastrum Plinii, Cæs. lib. 5. cap. 10. pag. 207. Gelänger je lieber Lon. Sebitz. in Trag. Hirsch-Kraut Tab. Alfranc Nostratibus. Juxta fluenta im alten Hammer.

DCLXXI. Solanum quadrifolium bacciferum, C.B. Pin. pag. 167. Herba paris, Matth. deutsch/ fol. 471. Dod. Lateinisch fol. 444. Cæs. lib. 15. cap. 13. pag. 573. Eystett. Herba Paris, Uva lupina, Solanum τετραφύλλον, Thal. p. 57. Aconitum salutiferum, Tab. lib. 2. fol. 391. Solanum tetraphyllum, sive Herba Paris, Lob. ic. pag. 267. Αγνέ, sed non Atticus, Trag. Kyber. in Trag. pag. 308. Aconitum Pardalianches, Fuchs. fol. 87- Aconitum monococcum, Cord. in Diosc. fol. 67. Cord. hist. fol. 152. Paris herba, Lon. deutsch fol. 180. Cam. hort. pag. 118. Solanum tetraphyllum, Gesn. hort. fol. 282. Einbeer/ Tab. Matth. Wolffs: Beer oder Stern-Kraut/ Kyber. in Trag. Döllwurz/ Fuchs. Foliis quandoque quinque vel sex apud nos provenit. Ben Lauten/ Mühl. Item im Penartischen Walde in umbrosis.

DCLXXII. *Sonchus asper laciniatus latifolius. Såw-Diestel mit breiten zerschnittenen Blättern. Planta est bicubitalis, & altius assurgens, è radice lignosâ, flavescente, fibris instructa suis, thyrsum promens striatum, concavum,

vum, lævem, ad latera, & in summitate ramulosum, flosculis ornatum luteis, quibus vanescentibus succedit candidissima lanugo, semini minuto, anguloſe & subnigro innitens. Caulem alternatim ambiunt folia atrovirentia, supinè pallida, aspera, proximè terram, & in caule ampla, & insigniter laciniata, in ramusculis laciniis ferè destituta, & oblonga. Inter segetes. *Bey den Huben.*

asper. L. S. J.

DCLXXIII. * *Sonchus asper laciniatus angustifolius.* Sau-Diestel mit schmalen zerschnittenen Blättern. Foliis duntaxat a priore differt, quæ in hoc angustiora, viridia, aversa parte exalbida, & elegantiū incisa spectantur. Unter dem Getreid nach Lassken.

DCLXXIV. *Sonchus asper*, Tab. lib. 1. fol. 615. Lon. deutsch fol. 124. Gesn. hort. fol. 282. *Sonchus aspera*, Bauh. Matth. fol. 384. Fuchs. fol. 674. *Sonchus aspera vulgi*, flore Hieracii, foliis Dentis leonis, alias Dipsaci & lactucæ, Lob. ic. pag. 234. *Sonchus asper minor*, Cord. hist. fol. 157. *Sonchus*, Cord. in Diosc. fol. 45. *Sonchus lævis tenerior latifolia*, Lob. observ. fol. 118. *Sonchus asper laciniatus & non laciniatus*, C. B. Pin. pag. 124. *Sau-Diestel*/ Tab. Gänß-Diestel / Dudistel / Lon. *Säumelcken Hasen-Kohl* / Cord. in Diosc. Solum squalidius Soncho huic folia concedit laciniosa Dentis Leonis: lætius verò non laciniata, Dipsaci aut lactucæ. Sapor ei amarus, aquæ dulcedine temperatus: Semen dulce odore papaveris. Refrigerat & modicè adstringit. Diosc. Inter segetes.

DCLXXV. * *Sonchus lævis lanceatus acutifolius.* Sonchen-Kraut mit spangen absatzigten Blättern. Radix numerosis & crassis fibris, foris subflavis, intùs candidis, gustu amaris, caulem effert tricubitalem, & procerius sàpè surgentem, rotundum, striatum, concavum, maximam partem lævem

Nº. 79. pag. 258.



*Sonchus laevis lanceatus
acutifolius.*



folia viridia, supinè pallidula, spithamæ longitudine, unciam lata, alternatim assistunt, proximè terram magis lanceata. His quæ succedunt, & lanceata, & semilanceata, & integra sunt, in acumen abeuntia. Caulis in summitate ramosus nonnihil, flosculos edit luteos in candidos pappos ætatis tractu mutatos. Zu Brandenburg am Frisching. Item hinter Fischhausen nach dem Hafe zu. Foliis in ambitu exigua est asperitas.

DCLXXVI. *Sonchus lævis minor paucioribus laciniis*, C B. Pin. pag. 124. *Sonchus lævis latifolius*, sive tertius, Tab. lib. I. fol. 616. Hasen-Kohl/ Tab. Breiter Hasen-Kohl.

DCLXXVII. *Sonchus lævis laciniatus latifolius*, C. B. Pin. pag. 124. *Sonchus lævis*, Bauh. Matth. fol. 385. Dod. Lateinisch fol. 643. *Sonchus non aspera*, Fuchs. fol. 675. *Sonchus lævis vulgaris foliis laciniiosis Dentis leonis*, Lob. ic. 235. Intybus sylvestris, seu erratica tertia, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 215. *Sonchus lenis seu lævis*, Cord. hist. fol. 157. *Sonchus lævis alter flore luteo*. Tab. lib. I. fol. 616. Hasen-Kohl/ Tab. Haasen-Reel/ Fuchs. Cum leni adstrictione refrigerat. Inter segetes passim.

DCLXXVIII. *Sonchus lævis laciniatus muralis parvis floribus*. C. B. Pin. pag. 124. *Sonchus lævis altera*, Bauh. Matth. fol. 385. *Sonchus alter folio profundis laciniis sinuato hederaceo*, Lob. ic. 236. *Sonchus sylvaticus quartus*, Tab. lib. I. fol. 618. Wild Sonchen-Kraut das Bierdte/ Tab. Im Penartischen Walde/ in umbrosis.

DCLXXIX. *Soncho affinis Lampsana sylvatica*, C. B. Pin. pag. 125. *Sonchus sylvaticus secundus*, Tab. lib. I.

Kk

fol.

fol. 617. Wild Sonchen-Kraut das andere/ Tab. Im
Penartischen Walde.

DCLXXX. *Sorbus sylvestris* foliis domesticæ similiſ, C. B. Pin. pag. 415. *Sorbus sylvestris*, Matth. deutsch/ fol. 101. Tab. lib. 2. fol. 721. *Sorbi quintum genus aucuparium*, Cord. in Diosc. fol. 25. *Sorbus aucuparia*, Clus. hist. lib. 1. fol. 9. Clus. Pann. pag. 8. Thal. pag. 107. *Ornus*, Dod. Lateinisch/ fol. 834. Ruell. fol. 212. *Fraxinea arbor* *Großer Mäl-Baum*/ *Trag.* Kyber. in *Trag.* 1009. *Sorbus sylvestris Alpina*, Lob. ic. pag. 107. o. *Wilde Speer-Birn*/ *Tab.* *Wilder Speerwer-Baum*/ Matth. *Wütschel Beer* *Cord.* in *Diosc.* *Wütschen Prutenis*. *Fructus ejus Græcis* *σα* vel *σα* adstringunt. *Sorba sumus* molles nimium durantia ventres, ait Mart. *Rusticis apud nos usui sunt in calculo expellendo*. Eorum septem & plura sæpè ingerunt cum euphoria. Novi quendam triduum ischuriâ laborantem, qui viginti sorbis absumptis, & lotium copiosè reddidit, & lapillos unà ejecit plusculos. In sylvis passim.

DCLXXXI. *Sparganium ramosum*, C. B. Pin. p. 15. Tab. ic. p. 246. *Sparganium*, Bauh. Matth. f. 702. *Cord.* in *Diosc.* fol. 63. Cæf. lib. 4. cap. 67. pag. 193. Eystett. Cam. hort. pag. 163. *Sparganion*, *Trag.* Kyber. in *Trag.* pag. 677. Gesn. catalog. pag. 118. *Plantaria*, sive *Butomon*. Dod. Lateinisch/ fol. 601. *Plantanaria Dodonæi*, Thal. pag. 91. *Sparganium & Butomos Theophrasti*, Lob. ic. pag. 80. *Butomum*, Ruell. fol. 442. *Schwertel-Ried*/ Igels-Knospen. Tab. ic. *Groß-Ried*/ Matth. *Degen-Kraut*/ *Cord.* in *Diosc.* Ein Kraut gleicht sich dem kleinen *Schwertel* / Gesn. Catalog. *Desiccantis est facultatis*, Gal. 8. simpl. Radix alexi-

Nº. 80. p. 269.



Spergula *bifolia lini*
Capitulis.

No. 83. pag. 263.



Spergula perpusilla lanceatis foliolis.

Limosella aquatica. L.

alexiteria est, ac tumores discutit. In fossis stagnantibus passim.

DCLXXXII. *Spergula bifolia lini capitulis. Joh. Lœs. Zweyblättrige Spergel mit kleinen Flachs-Röpflein. E radice simplici, subalbicante, & nonnihil fibrata caulinis exoriantur modò una, modò plures, spithamæ longitudine, in summitate maximam partem ramosi, quorum geniculis bina foliola brevia assident. Flosculos fert albidos, in meditullio flavescentes, quibus succedunt vascula orbiculata, minutum fermen, idq; flavum & in acutiem vergens, continentia. An caryophyllis hæc annumeranda? *Bey Lauté Mühl* inter fruticeta.

DCLXXXIII. *Spergula perpusilla lanceatis foliolis. Joh. Lœs. Ganz kleine Spergel mit Lanzenähnlichen Blättern. Spergula hæc admodum exilis radiculis est capillaceis, foliolis à radice tenuiter assurgentibus, quæ paulò post grandescunt ac lanceolæ in modum effigiantur; ita ut formam alicujus plantaginellæ angustifoliæ exprimant. Flosculi nivei exiguis nituntur pediculis, ab ipsâ radice exortis, nec altè assurgentibus, quos vanescentes capsulæ excipiunt, semini gestando deservientes. *Bey Sarkau zwischen dem Haff und der See in planicie.*

DCLXXXIV. *Spina alba tomentosa latifolia sylvestris, C. B. Pin. pag. 382. Spina alba tertia, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 675. Acanthium, Bauh. Matth. fol. 499. Dod. Lateinisch/ fol. 721. Adv. Lob. fol. 365. Spina alba sylvestris, Fuchs. fol. 57. Lon. deutsch/ fol. 102. Acanthium vulgare flore purpureo. Tab. lib. 2. fol. 360. *Weg-Diestel mit Purpurfarben Blumen.* Est & flore albô, hinc Tab. Fuchs. & Lon. *Weisse Weg-Diestel* nominatur. Folia densâ lanugine obducuntur, ex quâ collectâ & netâ, vestes bombycinis similes texi possunt, *juxta Diosc.* Calfacit

& siccata cum adstrictione. Radix & folia decocta Opisthotonis, & sangvinem sputantibus utilia. Bey der alten Pfund. Bude. Item zu Brandenburg am Schloß.

DCLXXXV. Spondylium vulgare hirsutum, C. B. Pin. pag. 157. Sphondylium, Bauh. Matth. fol. 577. Lon. deutsch. fol. 101. Cæs. lib. 7. c. 54. pag. 312. Sphondylium seu Spondylium, Gesn. hort. fol. 282. Sphondylium I. Tab. lib. 1. fol. 348. Branca ursina, Brunf. tom. 3. fol. 149. Trag. Kyber. in Trag. fol. 344. Spondylium, Adv. Lob. fol. 313. Dod. Lateinisch/ fol. 307. Acanthus Germanica, Fuchs. fol. 53. Beeren-Klaw/ Tab. Brunf. deutsche Beeren-Klaw Fuchs. Lon. Matth. Beerentäz quibusdam. Bartsch Nostratibus. Radix acrimoniam ferè radicis Angelicæ obtinet. In der Hollen-Grund copiosè. Ex herba hâc quondam in Italiâ ammistro oleo & melle paratus clyster Polono, qui inverso usù clysterem ebilit, vesicam cum cannâ capiti imponens. Advenit Medicus sciscitans clysteris effectum, respondit Polonus, & benè clysterem à se epotum, & alvum egregiè indè solutam. Videns Medicus in vertice capitis exstantem cannam, ac caput unguinosâ vesicâ cinctum, risit sinistrum medicaminis usum, his joculariter additis: prodesse enema ita usurpatum Polono, non Italo. Simile quid hic Regiomonti accidit, in Nauclero quodam Hollando, cui à Medico suppositorium & pillulæ ordinata. Quid fit? Invertit nauta medicaminum usum, glandem devorans, catapotia ano inferius committens. Paulò post inqvirenti Medico, quid effectus egerint præscripta pharmaca, rettulit æger, dat lange Dingschen schmackt mooge / de klenen Dingschen fullen herut.

DCLXXXVI. Succisa hirsuta cærulea. Joh. Lœf. Succisive morsus Diaboli, Matth. deutsch f. 243. Dod. Lateinisch f.

124. Succisa, Fuchs. fol. 715. Morsus Diaboli, Trag. Kyber. in Trag. pag. 246. Adv. Lob. fol. 235. Tab. lib. 1. fol. 559. Gesn. hort. fol. 268. Lon. deutsch fol. 180. Cam. hort. pag. 103. Succisa glabra, C. B. Pin. pag. 269. Teuffels Abbiß Matth. Tab. Fuchs. Abbiß/ Lon. Abbiß-Kraut und Teuffels-Biß vulgò. Prorsus glabram non repperi, sed semper hirsutie quâdam instructam, quæ in foliis proximè terram notabilior. Amara est, calida & sicca gradū secundō intensō Antiquis. Incidit, abstergit, discutit, consolidat, grumos sangvinis dissolvit, tineas alvi necat, & fugillata illitu emendat. In epilepsia, lue Gallicâ, peste & malignis febribus salutaris. Tumores tonsillarum fauciumq; contumaces omnium efficacissimè sanat decoctum radicis ore detentum, Dod. Minutal herbae viridis ac radicis impositum, carbunculos sanat pestiferos, præsentaneo remedio, Matth. Tota equis porrigitur pabulo mista, visu imbecilli, aut verme discruciatis, Tab. In pratis passim. Radices quinque morsus Diaboli Lunâ decrescente effossæ, filo collectæ, collo suspensæ, ac quoad ejus facere poteris, gestatæ, oculorum dolores, cæcitatem minitantes, certò tollunt experimento. Diutulè amuletum hoc tolerandum, nam etiamsi initiò parùm prosit, tractu tamen temporis mirificam ejus vim haud dubiè cognoscet. Sub elevatione poli 45. 46. 47. 48. 49. efficax. Folia colligenda Sole 15. & ingresso: Flores, Sole 1. II obidente.

DCLXXXVII. Succisa hirsuta candida. Joh. Lœf. Morsus Diaboli flore albo, Tab. lib. 1. fol. 559. Teuffels Abbiß mit weißen Blumen/Weißer Abbiß/Tab. Im Walde bey Selaicken.

DCLXXXVIII. Succisa hirsuta cærulea foliis incisis
Kk 3 & la-

& laciniatis. Joh. Lœf. Teuffels Abbiß mit tieff geschnittenen Blättern. Bey Sellnicken.

DCLXXXIX. *Symphytum consolida major*, C. B. Pin. pag. 259. *Consolida major*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 240. Thal. pag. 28. Cam. hort. pag. 45. *Symphytum Alum*, seu *Alus*, Lob. ic. pag. 583. *Symphytum*, Lon. deutsch fol. 178. *Symphytum majus*, *Consolida major*, Matthiol. deutsch fol. 400. *Symphytum alterum*, Cord. in Diosc. fol. 62. *Symphytum majus flore purpureo & albō*, Tab. lib. 2. fol. 261. *Symphytum majus flore purpureo, rubrō & pallidō*. Eystett. *Consolida vulgō*, Cæl. lib. II. cap. 7. pag. 434. *Wall-Wurz*/ Kyber. in Trag. Lon. Matth. *Weiß und braun Wallwurz*/ *Weinwelle*/ *Schmeer-Wurz*/ *Schwarz-Wurz*/ *Lotwurz*/ Cord. in Diosc. Inter fluminum ripas passim. Radix consolidæ majoris cum $\sigmaυμβάλλον$ μέρος conferat ungvento hopliatrico, cuius autor Anshelmus, Italus Parmensis, qui post sanctus appellatus, operæ pretium esse duxi, ejus & confectionem, & verum addere usum: R. radic. consolid. maj. Santal. rubri ana Unc. 2. lapid. hæmatit. Unc. 2. usneæ craniï hominis strangul. drachm. 3. pulv. lumbicor. terrestr. Unc. semiss. axung. ursi masculi, apri, porci ana libr. semif. Ex his in pollinem actis, & axungiis commissis, pauxillo vini interdato, fiat I. a. ungventum. Usus: in cæsulis oblidens ferrum (eō deficiente, terso ligneolo vulnus refricitur, cruentetur ac deligetur:) verpo inungat aliptes, à dorso aciem versus progrediens: in puncturis, à capulo mucronem versus. Ungvinosum post ferrum, linteo involvendum, ac cottidiè diligandum, nec ferventiis, nec frigoribus committendum, ne querquerum quid ægro attrahas. Interea temporis æger linteamine, aquâ limpidâ madido, deor-

deorsum vulnus diligenter abstergat, eluat, & victus exatam habeat rationem. Vulnerati morituri τεκμήριον prohibent tale: Telo blanditer ad ignem incandescenti, pauxillum miscellæ santali rubri, ac hæmatitæ lapidis inspersum, maculas in ferro si excitat sanguineas, ægro exitium promittit. Alias vulnera non lethalia, seu cæsim seu punctum inficta, sanantur, sauciante telo in pinguedinem anserum, vel lardum porcinum misso. Consolidæ majoris succosa radix contusa, linteo inducta, & partibus affirmata cruciatus podagricos certo tollit præsidio. Flores consolidæ majoris colligendi, Sole 15. & obidente: semen, Sole 1. ≡ inhabitante.

DCXC. Symphytum maculosum, sive Pulmonaria latifolia. C. B. Pin. 259. Pulmonaria Plinii, Gesn. hort. fol. 274. Pulmonaria altera, Bauh. Matth. fol. 733. Symphytum maculosum, Dod. Lateinisch fol. 135. Pulmonaria maculosa Lob. ic. pag. 586. Cam. hort. pag. 133. Eystett. Pulmonaria folio non maculoso, Clus. hist. lib. 5. fol. 169. Lungen-Kraut das ander/ Matth. Hirsch Mangolt quibusdam. Im Penartischen Walde primo vere.

DCXCI. Tanacetum vulgare luteum. C. B. Pin. p. 132. Tanacetum. Matth. deutsch/ fol. 378. Dod. Lateinisch/ fol. 36. Gesn. hort. fol. 283. Cæf. lib. 12. cap. 8. pag. 479. Lon. deutsch/ fol. 187. Trag. Kyber, in Trag. pag. 158. Artemisia Dioscoridis, Tab. lib. 1. fol. 34. Tanacetum vulgare Eystett. Tanacetum citrinum, Thal. pag. 125. Tanacetum millefolii foliis, Lob. ic. pag. 749. Artemisia monoclono, Fuchs. fol. 46. Reinsfaru/ Matth. Tab. Lon. Fuchs. Kyber. in Trag. Wurm-Kraut vulgo. Calefacit, siccatur, maturat, & abstergit. In ulceribus antiquis celebratur

bratur à Tab. Helminthagogon quoque est, hydroticum ac diureticum. In der Hollen-Grund. Item bey Schwanis secùs agrorum margines copiosè.

DCXCII. Tanacetum foliis crispis, C. B. Pin. p. 132. Tanacetum cristatum Anglicum. Lob. ic. 749. Krause gelbe Reinfahren/ bey Laptau.

DCXCIII. Taxus, Matth. deutsch/ fol. 474. Dod. Læteinisch fol. 859. Gesn. hort. fol. 283. Lon. deutsch/ fol. 39. Cam. hort. pag. 166. Thal. pag. 122. Cæs. lib. 3. cap. 54. p. 134. Taxus, Milos Theophrasti, Lob. ic. pag. 232. o. Eiben-
Baum/ Matth. Lon. Bogen-Holz quibusdam. In cœmeterio pagi Trunß provenerat olim, quam eradicatam in hortum transtulit quidam. Arbuscula hæc facile crescit transplantata, duratque ultra seculum. Baccas ejus in Angliâ à pueris innoxie esitari, refert Pena. Rustici taxi lignum lacte decoctum, ejusque scobem, utilissimè porrigunt canibus rabidis, quibus in juventute sæpiusculè vermiculi sub lingvâ nascuntur, quæ lyssæ vel littæ. Scobs ligni experimento vulgi contra morsum canis rabidi ingeritur. Folia taxi Rorimarini loco in coronamenta sumuntur à foemellis, quæ auro incrustant, vel argento, serta & servias apparantes. Im Scapen bey der großen Glashütt/ hinter Latten-Walde in umbrosis. Diesseits Wulffsdorff. Bey Lautischken. Item: Bey Sylen im Ragnitschen/ & alibi.

DCXCIV. Telephium vulgare. C. B. Pin. pag. 287. Telephium primum. Tab. lib. 2. fol. 515. Telephium & Anacampteros, Gesn. hort. fol. 274. & 283. Telephium, Cam. hort. pag. 167. Crassula major: Cæs. lib. 15. cap. 26. p. 579. Thal. pag. 33. Scrophularia media vel tertia, Brunf. Læteinisch/ tom. I. fol. 215. Faba inversa, sive Crassula, Lob. ic. pag.

pag. 389. Acetabulum alterum. Cord. in Diosc. fol. 69. Telephium album, Fuchs. fol. 800. Cotyledon alterum Di scoridis, Cymbalaria, Column. in Phytobas. min. cogn. stirp. & rar. Part. 1. pag. 307. Telephium vulgare, sive secundum, Clus. hist. lib. 4. f. 66. Telephium alterum, sive crassula, Dod. Lateinisch fol. 130. Wund-Kraut / Tab. Knaben-Kraut / S. Johannis-Kraut / Fohzwanck / Gauchheil / Fohzwein / Brunf. Wund-Kraut Weiblein / Fuchs. Fette Henne / Donner-Bonen / Cord. in Diosc. Bruch-Wurzel quibusdam. Wolffs-Bohnen Nostratibus. Die pro festo D. Johannis vulgus Telephium trabibus hypocausti submittit, ex marcidâ plantâ hujus vel illius obitum superstitione hariolans. In der Hollen-Grund. Item inter segetes paßim.

DCXCV. Thalictrum majus siliquâ angulosâ aut striatâ. C. B. Pin. pag. 336. Ruta pratensis, Gesn. hort. fol. 286. Ruta pratensis Herbariorum, Adv. Lob. fol. 391. Thalictrum nigrum, Cord. hist. fol. 97. Thalictrum nigrum Cordi, Thal. pag. 121. Thalictrum, Cord. in Diosc. fol. 69. Thalictrum secundum, sive Germanicum, latifolium, Cam. hort. pag. 167. Thalieterum magnum, Dod. Lateinisch/ fol. 58. Ruta sylvestris prima, Cæl. lib. 9. cap. 2. pag. 371. Heyl-Blatt/ Cord. in Diosc. In monte Apollinis hinter Niedenau; Item bey Neuhäusen am Thier-Garten. Θαλίτρον vel (η in ε ex errore mutato) Θαλιτρόν, modicè calefacit, citra morsum exsiccat, & vetera ulcera cicatrice obducit.

DCXCVI. Thalictrum pratense angustifolium, C. B. Pin. pag. 337. Ruta pratensis major quinta, Tab. lib. 1. fol. 146. Thalictrum tertium angustifolium, Cam. hort. pag. 167. Große Wiesen-Kaut die fünfte / Tab. Bey Lauten-Mühl. Item bey Holland am Flüß copiosè.

DCXCVII. Thalictrum pratense angustissimo folio, C.B. quod i. in Prodr. pag. 146. In pratis beym Penartischen Walde passim.

DCXCVIII. Thlaspi arvense siliquis latis, C.B. Pin. pag. 105. Thlaspi secundum, Bauh. Matth. fol. 427. Thlaspi Dioscoridis Drabæ & Chamælinæ folio, Lob. ic. pag. 212. Adv. Lob. fol. 73. Thlaspi latius, Dod. Lateinisch/ fol. 712. Nasturtium quartum, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch fol. 65. Thlaspi majus Tab. ic. pag. 458. Bauren-Senff/ Tab. Klein Seckel- oder Täschel-Kraut. Inter segetes passim.

DCXCIX. Thlaspi fruticosum incanum, C.B. Pin. pag. 108. Thlaspi incanum Mechlinense, Lob. ic. pag. 216. Thlaspi Machliniense, Clus. Pann. pag. 470. Thlaspi incanum Machliniense, Clus. hist. lib. 5. fol. 132. In der Holzlen-Grund copiosè.

DCC. Tilia fœmina folio majore, C.B. Pin. pag. 426. Tilia fœmina Brunf. Lateinisch/ tom. 3. fol. 238. Fuchs. fol. 862. Tab. lib. 3. fol. 1692. Bauh. Matth. fol. 156. Gesn. hort. fol. 284. & 285. Cæs. lib. 2. cap. 10. pag. 41 & 42. Tilia fœmina, Theophrasti, Lob. ic. pag. 188. o. Tilia, Lon. deutsch/ fol. 50. Dod. Lateinisch/ fol. 838. Tilia sativa, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 879. Linden / Lon. Linden- Baum/ Tab. Fuchs. Linde Germanis, ob ligni lenitatem & mollitiem. E tiliæ ligno, cuius materies teredinem non sentit, Auctore Plinio lib. XVI. c. 14. sculpta fuisse simula-chra, ex Tertulliano de Idololatriâ constat. Qui de tiliâ, inquit, Martem exsculpst, quanto citius armarium compingit? Succo glutinoso abundat, hinc & longæva est, & in primâ ætate flexuosa. Cortex suppeditat materiam, Bast/ Borus-sis dictam, ex quâ funes & alia parantur. Cortex & folia siccant,

siccant, adstringunt, glutinant, discutiunt, ac repellunt. Flores λεπτομερεῖς ac odorati, calefaciunt & siccant. Cataplasma ex foliis pedum tumores discutit, & singulare contra spasmum flatulentum remedium est in gravidis. Scobs ligni tiliacei aurum exemplò & in ictu ferè oculi eliquat, sequentibus mixta: R. nitri puriss. Unc. 2. sulphur. scob. lign. tiliac. aa Unc. semis. M. F. pulv. subtiliss. Beneficio hujus pulveris, florenum Hungaricum in volâ manus priùs emunitâ, putaminis nucis juglandis interventu, dictum factum liquo, strato superstrato instituto, & carbone accensô. Tilia arbor Borussis olim idololatrica erat, ad quam fanum exstructum, quod unâ cum Tilia summo in honore fuerat habitum: Ad hanc Tiliam, papalibus tenebris adhuc obrutus Divus Albertus, pedestre ac discalceatus Regiomonto peregrinationem semel instituerat. Post conversus diruto fano, & excisâ arbore, Idololatras ad locum illum cultûs gratiâ devenientes, suspendio affecit. Ornant sæpè prædia (quæ Varroni à præstanto: rectius prædia quasi proædia, loca ante ædes posita) tilieto elegantissimo Nobiles. In sylvis copiosè.

DCCI. Tithymalus helioscopius, C. B. Pin. p. 291. Matth. deutſch/ fol. 528. Dod. Lateinisch/ fol. 371. Fuchs. fol. 8ii. Cord. in Diosc. fol. 74. Gesn. hort. fol. 284. Lon. deutſch/ fol. 130. Cam. hort. pag. 169. & 170. Tab. lib. 2. fol. 292. Tithymalus helioscopius Dodonæi, Thal. pag. 127. Tithymalus helioscopius, sive solisequius Portulacifolius Lob. ic. pag. 356. Esula, Brunf. Lateinisch/ tom. i. fol. 194. Esula vulgaris, Trag. Kyber. in Trag. pag. 294. Gemeine Wolffs-Milch/ Kyber. in Trag. Sonnen-wendende Wolffs-Milch/ Matth. Lon. Tab. Fuchs. Wolffs Milch/ Brunf. Hunds-Milch/ quibusdam. In simetis passim.

DCCII. *Tomentilla sylvestris*, C. B. Pin. pag. 326.
Tomentilla, Matth. deutsch/ fol. 436. Brunf. Lateinisch/
 Tom. 1. fol. 85. Dod. Niederländisch/ fol. 118. Trag. Kyber.
 in Trag. pag. 503. Tab. lib. 1. fol. 446. Cord. hist. fol. 94.
 Eystett. Lon. deutsch/ fol. 243. *Tomentilla*, vel *Heptaphyl-*
lon, Lob. ic. p. 696. *Heptaphyllum*, Fuchs. f. 260. Gesn. hort.
 f. 261. *Tomentilla*/ Matth. Tab. Lon. Fuchs. *Tomentilla*/
Rothwurz/ *Bluttwurz* Brunf. *Herzwurz*/ *Feigwurz*/ roht
Gunzel/ roth *Heylwurz*/ *Schür-Wurz* *Birckwurz* vulgo.
Heydeckern Saxonibus. In umbrosis & muscosis passim obvia.

DCCIII. **Tragopogon luteum abortivum*. Geeler
 breitstengelichter *Bock's-Bart*. Radix substantiâ prorsus
 candidâ, at flavescente tunicâ cincta, & villosa, caulem emi-
 serat cubitalem, digitum ferè auricularem crassum, sed egre-
 giè latum, latitudine ad radicem unciali, in progressu sesqui-
 unciali, cuius summo sinuato, & in se reflexo, flos incumbe-
 bat grandior, luteus, uncias quatuor latus, foliis virentibus
 acutis stipatus, qui manè pandendo se extulit, & à meridie
 contrahendo se abdidit, in pappos tandem senescendo va-
 nescens. Foliis erat numerosis, oblongis, angustis, acumi-
 natis, in caule passim indiscriminatim exortis, & contortulis
 quandoque, anfractibus crenas quasi quasdam præsentanti-
 bus. Assistebant adhæc lato illi cauli pulluli thrysulorum
 teretes, novellos in fastigio exituros simplices flores, velut
 in vulgari, promittentes. Floruit Mense Junio, beym
Kneiphöfischen Walle.

DCCIV. *Tragopogon pratense luteum majus*, C. B.
 Pin. pag. 274. *Tragopogon*, sive *Barba hirci*, Bauh. Matth.
 fol. 410. *Tragopogon*, Fuchs. fol. 820. Lon. deutsch/ f. 127.
 Dod. Lateinisch/ fol. 256. *Tragopogon flore luteo*, Eystett.
 Bar.

No. 83, pag. 270.



Tragopogon luteum abortivum.

CTS 1445. fol. 2v

Barbula hirci, Trag. Kyber. in Trag. pag. 280. *Tragopogon luteus communis*, Thal. pag. 121. *Hirci barba*, Cord. in Diosc. fol. 46. Cord. hist. fol. 156. *Tragopogon luteum*, Lob. ic. p. 550. Tab. lib. 2. f. 297. *Barba hirci flore luteo*, Cam. hort. p. 27. *Gelber Bocks-Bart*/ *Tab. Lon. Fuchf. Kyber.* in Trag. *Bocks-Bart*/ *Gauch-Brodt*/ Matth. *Mor-*genstern quibusdam. *Am Kneiphöfischen Wall.*

DCCV. *Tribulus aquaticus*, C. B. Pin. pag. 194. Matth. deutsch/ fol. 408. Dod. Niederländisch/ 922. Trag. Kyber. in Trag. pag. 841. Lob. ic. pag. 596. Adv. Lob. fol. 258. Cord. in Diosc. fol. 62. Lon. deutsch / fol. 98. Gefn. hort. fol. 285. Cæs. lib. 4. cap. 27. pag. 162. *Tribulus aquaticus major*, Clus. Pann. pag. 713. *Tribulus lacustris*, Cord. hist. fol. 161. *Wasser-Nuß*/ Kyber. in Trag. Lon. *Wasser-Nuß*/ *weiher Nuß* / *See-Nuß* / *Stachel-Nuß*/ *Spitz-Nuß*/ Dod. Zu Uderwang im Mühlen-Leich; Item zu Domnau im Schloß-Leich. Olim Thraces ad Strymonem habitantes, foliis tribuli equos saginabant, ipsi nucleo vivebant, panem facientes prædulcem, & ventrem contra-hentem. Effingebant tūm pistores panem in varias formas. Martialis lib. 14. epigramm. 69. Priapi siliginei meminit:

Si vis esse satur, nostrum potes esse Priapum;

Ipsa licet rodas ingvina, purus eris.

DCCVI. *Trifolium palustre*, C. B. Pin. p. 327. Cord. hist. fol. 96. Dod. Lateinisch/ fol. 580. Eystett. *Trifolium fibrinum sive tertium*, Tab. lib. 2. fol. 221. *Trifolium palustre*, seu *Trifolium Castoris*, Thal. pag. 125. *Limonium*, Cord. in Diosc. fol. 62. *Limonium pratense*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 705. *Trifolium paludosum*, Lob. ic. pag. 33. o.

Isopyron & Lotus palustris, Gesn. hort. fol. 263. & 265. *Wiesen-Klee* / Tab. *Wiesen-Mangolt* / Kyb. in Trag. In locis uliginosis & palustribus passim veni Königsberg.

DCCVII. *Trifolium pratense purpureum*, C.B. Pin. pag. 327. Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 467. Fuchs. f. 817. Adv. Lob. fol. 380. *Trifolium pratense*, Matth. Bauhin. in Matth. fol. 609. Dod. Lateinisch/ fol. 565. Lob. ic. pag. 29. o. Tab. lib. 2. fol. 222. *Trifolium pratense rubrum*, Cam. hort. pag. 171. *Trifolium pratense vulgare*, flore rubro, Thal. pag. 123. *Braun Wiesen-Klee* / Fuchs. *Wiesen-Klee* / Tab. Matth. *Braun Fleisch-Blume* / vulgo. Siccantis est indolis. Decoctum ejus in fluore muliebri laudatissimum. In pratis passim.

DCCVIII. *Trifolium pratense album*, C.B. Pin. pag. 327. Fuchs. fol. 818. Adv. Lob. fol. 380. Cam. hort. pag. 171. *Trifolium majus primum* Cluf. hist. *Trifolium acutum*, Lon. deutsch/ fol. 135. *Trifolium pratense alterum*, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ fol. 467. Bauh. Matth. fol. 609. *Trifolium pratense vulgare* flore candido, Thal. pag. 123. *Weiß Wiesen-Klee* / Fuchs. *Spiß-Klee* / Matth. Lon. Retrigerat, siccatur, & non nihil adstringit. Albo muliebri profluvio mirificè confert, Fuchs. Clyster ex decocto hujus & purpurei adjecto melle, intestinorum rosiones & dolores sedat, viscidos lentosque adhærentes intestinis humores educit. Prästantius & conducibilius album creditur purpureo, in pabulatione jumentorum. In pratis editioribus passim.

DCCIX. *Trifolium pratense luteum* capitulo breviore, C.B. Pin. 328. *Trifolium pratense luteum*, Fuchs. f. 819. *Trifolium luteum primum* capitulo breviori, Thal. pag. 124. *Trifolium arvense* Tab. lib. 2. fol. 222. *Feld-Klee*

Klee mit geelen kleinen K psichen/ Feld-Klee/ Tab. Geesler Wiesen-Klee/ Fuchs. Tenuium est partium & exsiccat, In pratis aridioribus, & secus vias passim.

DCCX. *Trifolium pratense luteum capitulo lupuli, vel agrarium, C. B. Pin. 328. Lotus campestris, & Melilotus g. Trag. Sebitz. in Trag. Deutsch/ 472. Trifolium luteum alterum lupulinum, vulgo lupulus sylvaticus, Thal. pag. 124. Trifolium agrarium, Dod. Lateinisch/ fol. 576. R zen-Klee oder Hasen-Pf tlein/ Sebitz, in Trag. Wilder Hopfen F mellis. Ad limites agrorum passim. Trifolium luteum minimum Lob. ic.*

DCCXI. *Trifolium montanum album, C. B. Pin. pag. 328. Trifolium majus albo flore, Clus. Pann. pag. 760. Trifolium majus primum, Clus. hist. lib. 6. fol. 245. Weiß spitzer Berg-Klee. Foliis est oblongis, angustis, duris, nervosis, incanis & in ambitu velut serratis. In monte Apollinis. Hinter Quednau.*

DCCXII. *Trifolium montanum purpureum majus, C. B. Pin. pag. 328. Trifolium aliud montanum majus, Thal. pag. 123. Trifolii altera species & major, Gesn. hort. fol. 285. Trifolium majus secundum, Clus. hist. lib. 6. fol. 245. In montosis passim.*

DCCXIII. *Trifolium montanum spic  longissim  rubente, C. B. Pin. pag. 328. Lagopus altera folio pinnato, Lob. ic. pag. 40. o. Cytisus, Trag. Kyber. in Trag. pag. 601. Cytisus Columellae, Lon. deutsch / fol. 137. Trifolii majoris tertii altera species, Clus. hist. lib. 6. fol. 246. Lagopus major Eystett. Lagopus major alter Dod. Lateinisch/ fol. 578. Trifolium spicatum, Thal. pag. 124. Grosser Geiß-Klee/ Kyber. in Trag. Dignum horto trifolium.*

Omni-

Omnium herbarum, quæ lactis copiam pariunt, tam pecoribus quam mulieribus, præstantissima est Cytisus. In der Österrodischen Heyde copiosè.

DCCXIV. Trifolium arvense humile spicatum, sive Lagopus, C. B. Pin. pag. 328. Lagopus sive pes leporis, Bauh. Matth. fol. 699. Lagopus, Dod. Lateinisch/ fol. 577. Adv. Lob. Fuchs. 494. Lagopus. Pes leporis Obs. Lob. ic. pag. 39. o. Lagopodium Tab. Lib. 2. fol. 222. Lagopus & Lagopyron, Adv. Lob. fol. 383. Lagopus & totus campestris, Trag. Sebitz. in Trag. deutsch/ 472. Leporinus pes. Herba, Cord. in Diosc. fol. 62. Lagopus major, Cæf. lib. 6. cap. 19. fol. 243. Lagopus minor, Cam. hort. pag. 83. Lagopus vulgaris, Thal. pag. 73. Räthen-Klee/ Tab. Fuchs. Hasen-Fuß/ Hasen-Klee vulgò. Räthen Schwanz Fœmel-lis. Siccando & adstringendo foriolis utilis. Passim inter segetes.

DCCXV. Trifolium sylvestre luteum siliqvâ cornutâ, vel Medica frutescens, C. B. Pin. pag. 330. Medica flavo flore, Clus. hist. lib. 6. fol. 243. Medica flore luteo, Clus. Pann. pag. 759. Lens major repens, Tab. lib. 2. f. 204. Meliloti majoris species tertia, Trag. sebitz. in Trag. deutsch/ 471. Großkriechende Linsen/ Tab. Großer Stein-Klee/ der dritte. Sebitz. in Trag. Bey der Balga am Hafe copiosissimè. Item bey Lauten-Mühl.

DCCXVI. Trifolium acetosum vulgare, C. B. Pin. pag. 330. Oxytriphylon, Trag. Kyber. in Trag. pag. 521. Trifolium acetosum, Brunf. Lateinisch/ tom. 3. fol. 50 Dod. Lateinisch/ fol. 578. Matth. deutsch/ fol. 352. Thal. pag. 123. Trifolium acetosum flore albo. Eystett. Alleluja, Lon. deutsch fol. 246. Oxys Fuchs. fol. 564. Cord. hist. fol. 172. Tab. lib.

lib. 2. fol. 224. Oxys Plinii, Gesn. hort. fol. 270. Oxys Pliniana, Panis cuculi, Alleluja officinarum, Trifolium acetosum, Lob. ic. pag. 32. o. Oxys flore lacteo, Cam. hort. pag. 114. Buchampfer/ Tab. Kyber. in Trag. Sauer-Klee Matth. Fuchs. Guck-Gauch-Klee/ Lon. Gauch-Ampffer/ Brunf. Buch-Klee/ Guck-Gauchlauch/Gauch-Brodt/ Hasen-Klee/ Hasen-Ampffer vulgò. Ruckucks-Kohl Nostratibus. In umbrosis & sylvosis radicibus arborum passim ad-nascitur. Radix colligitur Sole 1. V inhabitante.

DCCXVII. *Trifolium hepaticum* flore simplici, C. B. Pin. pag. 330. *Hepatica* Brunf. Lateinisch/ tom. 1. fol. 190. *Hepatica aurea*, & herba Trinitatis, Gesn. hort. fol. 261. *Hepatica aurea* flore cœruleo, Tab. lib. 2. fol. 225. *Hepatica aurea*, Thal. pag. 56. *Trifolium aureum*, Dod. Lateinisch/ fol. 579. Lon. deutsch/ fol. 246. *Trinitas*, Bauh. Matth. fol. 610. *Trinitas* & *Epimedium*, Cord. hist. fol. 93. *Nobilis hepatica*, Trag. Kyber. in Trag. pag. 519. *Hepaticum trifolium*, Lob. ic. pag. 34. o. *Trifolium hepaticum* sive *aureum* flore cœruleo, Cam. hort. pag. 172. *Hepatica trifolia* cœruleo flore, Clus. hist. lib. 6. fol. 247. *Blau gilden Leber-Kraut*/ Tab. Edel Leber-Kraut/ Matth. Kyber. in Trag. *Gulden-Klee*/ Hirsch-Klee quibusdam. *Blaue Bi-ole* Nostratibus. In umbrosis bey Schwanis; Item bey Domnau.

DCCXVIII. *Tussilago vulgaris*, C. B. Pin. pag. 197. Cam. hort. pag. 175. *Tussilago*, Bauh. Matth. fol. 614. Fuchs. fol. 140. Cord. in Diosc. fol. 58. Gesn. hort. fol. 258. Cæs. lib. 12. cap. 21. pag. 490. Lon. deutsch/ fol. 254. Tu-

Mm

silago

silago, Farfara, Ungula Cabballina officinorum Adv. Lob.
 ic. pag. 589. Bechion sive Farfara, Dod. Lateinisch/ fol. 596.
 Ungula caballina, Brunf. Lateinisch / tom. 1. fol. 42.
 Trag. Kyber. in Trag. pag. 418. Bechion, Cord. hist. f. 93.
 Huff Lattich/ Matth. Lon. Rosshüb/ Fuchs. Brunf. Kyber.
 in Trag. Brandt Lattich/ Esels Huff/ Brandletschen vul-
 gò. Secùs fontes ac fossarum margines copiosè primo statim
 vere visitur. Tussilaginis vulgaris lanugo collecta, linte-
 mine quodam cum paulo nitro conclusa, in lixivio decocta,
 ac in Sole siccata, igniariis fomitem omnium tenerimum
 administrat. Verbasci albi lanugo idem præstat. Tussila-
 ginatum vel Farfaratum, quô Tabaci locô utendum, ita fieri
 potest: R. vini tincti seu de Alecante, Cerevisiæ Dantisc.
Goppen Bier ana libr. 2. Ebull. cum flor. Rosmar. Lavendul.
 pæoniæ. bugloss. borrag. Violar. à Mj Colaturæ adde succ. flor.
 betonic. rosar. Provincial. tiliæ, lilior. convall. ana Libr. 1.
 coquantur succi cum priori decocto, ac despumentur opti-
 mè: pòst adde salis commun. Mj pulv. Cinamom. nue.
 moschat. macis sem. anis. ana Unc. semis. ambr. gris. veræ,
 spiritu vini dissolutæ, Scrupul. semis. ebulliant iterum, & ut
 crassamentum subsidat, ollam benè tectam aliquandiu serva.
 Mox liquidius trans fusum de integro ebullire permitte, &
 confessim folia tussilaginis, mediæ crescendo ætatem nacta,
 nervo crassiori vel exciso vel fracto, immitte, maceraturus
 ut mollescant. Insuccata ita folia panno involvantur laneo,
 linteò mox inductò, ac simò equinò superpositò, ut fervore
 contractò sui digestionem & ulteriorem elaborationem con-
 sequantur folia. Cottidiè autem eadem inspicienda, nec
 eximenda, donec rufulum contraxerint colorem. Quô ad-
 versò (horridus foliorum, fotû diutiùs continuatò, evite-
 tur

